MASTER
NEGATIVE
NO. 93-81698-7

AUTHOR:
MOLLMANN, ERNST

TITLE:
QUATENUS SALLUSTIUS E SCRIPTORUM GRAECORUM . . .

PLACE:
REGIMONTI BORUSSORUM

DATE:
1879

Master Negative #
93-81698-7

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Mollmann, Ernst, 1850-
Quatenus Sallustius e scriptorum Graecorum exemplo pendeat; dissertatio inauguralis quam... in publico defendet auctor Ernestus Mollmann...
Regimonti Borussorum, Typis academicis Dalkowskianis, 1879.
28 p. 23 cm.

Thesis, Kiel.

O

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 12X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 9/3/93 INITIALS BAP
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

BIBLIOGRAPHIC IRREGULARITIES

MAIN ENTRY: Mollman, Ernst

Bibliographic Irregularities in the Original Document

List volumes and pages affected; include name of institution if filming borrowed text.

_____ Page(s) missing/not available: _____

_____ Volumes(s) missing/not available: _____

✓ Illegible and/or damaged page(s): 27, 28, 29

_____ Page(s) or volumes(s) misnumbered: _____

_____ Bound out of sequence: _____

✓ Page(s) or illustration(s) filmed from copy borrowed from: Duck U. L.

_____ Other: _____

QUATENUS SALLUSTIUS E SCRIPTORUM GRAECORUM EXEMPLO PENDEAT.

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA ALBERTINA

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

DIE III MENSIS APRILIS HORA XII

IN PUBLICO DEFENDET

AUCTOR

ERNESTUS MOLLMANN

REGIMONTANUS.

ADVERSARIORUM PARTES AGENT:

O. PFUNDTNER, DR. PHIL.

J. BAUMGART, CAND. PHIL.

REGIMONTI BORUSSORUM.

TYPIS ACADEMICIS DALKOWSKIANIS.

MDCCCLXXIX.

Sallustium iam a veteribus cum scriptoribus Graecis et maxime quidem cum Thucydide comparatum eorumque imitatorem habitum esse ex hisce locis intellegitur: Quintil. X, 1, 101 et 2, 17. Vell. II, 36, 2. Senec. suasor. 6, 21. controvers. IX, 13. Quintil. III, 8, 9. IX, 3, 17. Gell. II, 27. Hanc veterum sententiam denuo examinare forsitan supervacaneum videatur, cum de eadem re iam disseruerint Ebersteinius (de Sallustio Thucydidem imitante. Lundae 1811) et Poppo (in prolegomen. ad. edit. Thucyd. Lips. 1821—40. pars I, p. 372—81 cf. pars IV, p. 51—53) et Dolega (de Sallustio imitatore Thucydidis Demosthenis aliorumque scriptorum Graecorum. Vratislaviae 1871). Sed Ebersteinius Thucydidem ne legit quidem. Nam in Senecae (controvers. IX, 13) verba iurans sententiam „*δειναὶ . . αἱ εὐπραξίαι συγκρύψαι καὶ συσκιάσαι τὰ ἑκάστων ἁμαρτήματα*“, quam Demosthenis*) esse iam Cortius**) vidit, Thucydidi tribuit. Summa libelli eius admodum exigui haec fere est, ut primum Sallustium Thucydidis brevitatem aemulatum esse atque adeo superavisse ostendatur, deinde exordia (Thucyd. I. cap. 1—23. Sallust. Cat. cap. 1—13) inter se simillima esse et alterum ex alterius exemplo pendere exponatur, denique in orationibus, quas uterque libris suis inseruit, „eandem gravitatem, consiliorum maturitatem et in suadendo animi vim valere“ demonstretur. Eorum, quae profert imitationis argumenta, plurima falsa atque insulsa esse, quisquis Thucydidem legit, primo obtutu videt. Poppo autem in eum errorem inductus est, ut omnes similitudines, quantulaecunque inter Thucydidem et Sallustium intercedunt, imitationis indicia esse opinaretur. Sed facillime posse fieri, ut duo scriptores, praesertim si de rebus similibus loquantur, in simillimas sententias incidant atque isdem fere verbis utantur, vix est quod moneam. Multa Poppo recte attulit, multa perperam, multa omisit; omnia obscure iecit magis, quam ratione et via persecutus est. Multa iam ipse improbavit (ed. Thucyd. pars IV, p 51—52 supplement.). Multo plus Dolega in ea quaestione profecit, qui non modo singulos Sallustii locos e libris Graecorum repetitos congessit, sed etiam, quam rationem ille secutus esset in legendis imitandisque Graecorum scriptoribus, diligenter

---

*) Ex oratione „*πρὸς τὴν ἐπιστολὴν τὴν Φιλίππου,*“ quae Demosthenis nomen fert, § 13. p. 155 R. cf. Demosth. Olynth. II, § 20. p. 23 R. „*αἱ . . εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι τὰ τοιαῦτα ὀνείδη.*“

**) Ed. Sallust. Lips. 1724. p. 943. Hist. or. Lep. § 24: „Secundae res mire sunt vitiis optentui.“

investigavit. Sed cum idem, id quod in argumento tam copioso et difficili minime mirandum est, non omnibus locis verum perspexerit, atque nonnulla, quae haud dubie Sallustius a Thucydide aliisque Graecis sumpsit, eum fugerint, pauca, quae addenda videntur, hic afferre mihi est propositum.

Non recte Dolega (p. VI–VII) in numero eorum locorum, e quibus Sallustium imitatorem Graecorum a veteribus habitum esse apparet, hunc rettulit ex Sueton. gramm. 10: „miror Asinium credidisse antiqua eum (Ateium Philologum) verba et figuras solitum esse colligere Sallustio, cum sibi sciat nihil aliud suadere, quam ut noto civilique et proprio sermone utatur vitetque maxime obscuritatem Sallusti et audaciam in translationibus.“ Neque enim verbum translationis ita interpretandum est, ut sententias vel locutiones ab aliis scriptoribus petitas eo significari dicamus, sed hoc loco idem valet quod Graecorum *„μεταφορά.“* Longius id prosequi hic supersedeo, cum de eadem re iam alius quidam disseruerit. Vid. philol. Anz. vol. V, p. 306–308.

In **prima parte** libri sui (p. 1–11), quam inscripsit „Quatenus consilium dispositioque librorum Sallustii pendeant ab opere Thucydidio,“ Dolega primum ostendit Sallustium, ut imprimis Thucydidem imitandum sibi proponeret, ea re impulsum esse, quod inter suae et illius vitae condiciones similitudinem quandam intercedere videret. Utriusque enim aetatem in ea tempora incidisse, quibus patriae eorum bellis civilibus vexarentur, et utrumque initio versatum in rebus publicis postea ad historiam scribendam incubuisse (p. 2 et 4). Jure igitur Dolega haec utriusque verba contulit: Thuc. V, 26, 4–5 (ed. Krüger): *„Ἐπεβίων . . διὰ παντὸς αὐτοῦ (τοῦ πολέμου) αἰσθανόμενός τε τῇ ἡλικίᾳ καὶ προσέχων τὴν γνώμην, ὅπως ἀκριβές τι εἴσομαι καὶ ξυνέβη μοι φεύγειν τὴν ἐμαυτοῦ ἔτη εἴκοσι μετὰ τὴν ἐς Ἀμφίπολιν στρατηγίαν καὶ γενομένῳ παρ' ἀμφοτέροις τοῖς πράγμασι, καὶ οὐχ ἧσσον τοῖς Πελοποννησίων διὰ τὴν φυγήν, καθ' ἡσυχίαν τι αὐτῶν μᾶλλον αἴσθεσθαι.“* et Sall. Cat. 4, 1. 2: „Ubi . . mihi reliquam aetatem a re publica procul habendam decrevi, ... statui res gestas populi Romani . . . . . . perscribere, eo magis, quod mihi a spe, metu, partibus rei publicae animus liber erat.“ *) Horum locorum quamvis exigua sit prima specie similitudo, tamen facile adducimur, ut alterum ad alterius exemplum compositum esse opinemur. Nam Sallustium Thucydidis libros lectitasse et adamasse multaque ex iis haud dubie in suum usum contulisse, ut infra demonstrabimus, manifestum est. Quos autem locos cum attentius et studiosius legisse putabimus quam eos, quibus scriptorem illum, quem aemulabatur, de sua vita scribendique consilio ipsum disserentem videret? Itaque si minus certum, at veri simile videtur Sallustium illa verba scribentem Thucydidis memorem fuisse, recteque Dolega de hoc loco sic existimat (p. 2): „Cum Thucydides affirmet, diligenter se advertisse, ut aliquid certi cognosceret, atque facultatem sibi esse oblatam res quoque Peloponnesiorum cognoscendi, vitetque omnino gloriari eo, quod animum ab omni partium studio alienum sibi servaverit, quippe qui optime ex toto opere elucere possit, Sallustius Thucydidis quidem exemplum

---

*) Similiter Sallustius in prooemio Historiarum (I, 5 ed. Dietsch): „Neque me diversa pars in civilibus armis movit a vero.“

secutus, sed multo superbius dicit sibi non totum modo otium reliquae aetatis libris conficiendis fuisse, sed adicit etiam animum a partibus rei publicae sibi fuisse liberum.“

Neque vero hoc Dolega mihi probat, quod „digressiones,“ inquit (p. 9), „apud Sallustium tam sunt crebrae, ut in legendo facere non possimus, quin recordemur digressiones Thucydidis.“ Cavendum enim est, ne, quoniam Sallustium Thucydidis imitatorem fuisse scimus, ideo, quaecunque amborum communia sunt, alterum ab altero mutuatum esse arbitremur. Neque Thucydides inter Graecos, neque inter Romanos Sallustius primi digressiones libris suis inseruerunt. *) Sallustium igitur illius vestigia persecutum esse in ea re non est contendendum, nisi forte uterque praeter ceteros ei mori indulsit. Sed de Thucydide quidem nullo pacto id dici potest. Satis habeo Herodoti monere, qui de se ipse dicit (IV, 30): *„Προσθήκας . . μοι ὁ λόγος ἐξ ἀρχῆς ἐδίζητο.“*

Cum eo, quod modo dixi, pugnat nequaquam, quod Sallustius singulas digressiones Thucydidis imitando effinxit. Quo in numero imprimis referenda est egregia illa descriptio civilium dissensionum Graecarum (Thuc. III, 81–84), quae Sallustii animo et in Catilina et in Jugurtha obversata est, ubi simillimum in modum, quibus discordiis res publica Romana dilacerata sit, enarrat. Confer:

Thuc. III, 82, 8.

„Οἱ ἐν ταῖς πόλεσι προστάντες μετ' ὀνόματος ἑκάτεροι εὐπρεποῦς, πλήθους τε ἰσονομίας πολιτικῆς καὶ ἀριστοκρατίας σώφρονος προτιμήσει, τὰ μὲν κοινὰ λόγῳ θεραπεύοντες ἆθλα ἐποιοῦντο, παντὶ δὲ τρόπῳ ἀγωνιζόμενοι ἀλλήλων περιγίγνεσθαι ἐτόλμησάν τε τὰ δεινότατα ἐπεξῄεσάν τε τὰς τιμωρίας ἔτι μείζους, οὐ μέχρι τοῦ δικαίου καὶ τῇ πόλει ξυμφόρου προστιθέντες, ἐς δὲ τὸ ἑκατέροις που αἰεὶ ἡδονὴν ἔχον ὁρίζοντες, καὶ ἢ μετὰ ψήφου ἀδίκου καταγνώσεως ἢ χειρὶ κτώμενοι τὸ κρατεῖν ἑτοῖμοι ἦσαν τὴν αὐτίκα φιλονεικίαν ἐκπιμπλάναι“.

Cat. 38, 3 - 4. **)

„Post illa tempora quicumque rem publicam agitavere honestis nominibus, alii sicuti populi iura defenderent, pars quo senatus auctoritas maxuma foret, bonum publicum simulantes pro sua quisque potentia certabant“ ***)

Jugurtha 42, 4.

„Ea victoria nobilitas ex lubidine sua usa multos mortalis ferro aut fuga extinxit plusque in relicum sibi timoris quam potentiae addidit. Quae res plerumque magnas civitates pessum dedit, dum alteri alteros vincere quovis modo et victos acerbius ulcisci volunt.“ †)

---

*) vide Bruennert „De Sallustio imitatore Catonis Sisennae aliorumque veterum historicorum Romanorum“ Jenae 1873. p. 13–14

**) Dolegam (vid. p. 44) hic locus fugit. Sallustium Thucydidis verba imitatione expressisse iam Cortius perspexit (ed. Sall p. 236). Ceterum idem illud Sallustius brevius dixit in Historiis (I, fr. 10): „Sub honesto patrum aut plebis nomine dominationes adfectabant“

***) Cortius (p. 225) hos quoque locos contulit: Thuc. III, 84, 1: *„Πενίας τῆς εἰωθυίας ἀπαλλαξείοντές τινες, μάλιστα δ' ἂν διὰ πάθους ἐπιθυμοῦντες τὰ τῶν πέλας ἔχειν* e. q. s.“ et Sall. Cat. 37, 3: „Semper in civitate quibus opes nullae sunt bonis invident, vetera odere, nova exoptant, odio suarum rerum mutari omnia student, turba atque seditionibus sine cura aluntur, quoniam egestas facile habetur sine damno.“ Quae verba quamquam utrobique in hac eadem digressione invenimus, tamen, cum sententiarum similitudo perlevis sit, Sallustium a Thucydide mutuatum esse pro certo affirmari non potest.

†) vid. Doleg. p 45 cf Sall. Cat. 38, 4: „Neque illis modestia neque modus contentionis erat: utrique victoriam crudeliter exercebant.“

ibid.

„Τὰ . . μέσα τῶν πολιτῶν ὑπ' ἀμφοτέρων, ἢ ὅτι οὐ ξυνηγωνίζοντο ἢ φθόνῳ τοῦ περιεῖναι, διεφθείροντο.“

ibid. c. 41, 5.

„Coepere nobilitas dignitatem, populus libertatem in lubidinem vortere . . . Ita omnia in duas partis abstracta sunt; res publica, quae media fuerat, dilacerata.“ *)

Sed etiam alibi Sallustium Thucydidiae illius descriptionis morum Graecorum recordatum esse hisce locis patet: Thuc. III, 82, 3 cf. Cat. 52, 11 et Hist. or. Macr. § 13 atque Thuc. III, 81, 5 cf. Jug. 44, 5. (vid. Doleg. p. 32 et 45).

Praeterea illa digressio, quae in exordio Catilinae est de principiis rei publicae Romanae, a Thucydidis prooemio petita videtur. De qua re Dolega sic statuit (p. 8): **) „Eius modi digressio in opere minime magno tam mirabilis est, ut suspicari cogamur Sallustium aliquo exemplo commotum digressionem illam libro suo inseruisse.“ Cui argumento non multum tribuendum est, cum facile cogitari possit Sallustium in ea re ad exemplum antiquorum annalium scriptorum se conformasse, qui res Romanas usque ab urbe condita persequi consueverant. ***) Sed alia accedunt Thucydidiae imitationis indicia, quae Dolega in secunda parte libri sui collegit (p 15—16). Ac primum quidem recte monet Sallustium in prooemio coniurationis Catilinariae non a Romanis sed a Graecis et Cyro, cuius ipse quoque Thucydides mentionem facit (I, 13, 5), initium cepisse. Vide Sall. Cat. 2, 2: „Postea vero quam in Asia Cyrus, in Graecia Lacedaemonii et Athenienses coepere urbes atque nationes subigere e. q. s.“ Deinde hos locos Dolega confert: Thuc. I, 13, 1: *„Τὰ πολλὰ τυραννίδες ἐν ταῖς πόλεσι καθίσταντο· πρότερον δὲ ἦσαν . . . πατρικαὶ βασιλεῖαι“* et Sall. Cat. 2, 1: „Initio reges, — nam in terris nomen imperi id primum fuit e. q. s.“ Adde, quod, sicut Thucydides poetas et logographos res antiquorum Graecorum plus aequo exornasse dicit (I, 21), similiter Sallustius (Cat. 8, 1—2) „Fortuna“, inquit, „res cunctas ex lubidine magis quam ex vero celebrat obscuratque. Atheniensium res gestae, sicuti ego aestumo, satis amplae magnificaeque fuere, verum aliquanto minores tamen quam fama feruntur;“ idemque sentio quod Dolega, qui existimet animo Sallustii hoc eodem loco, cum diceret „Sed quia provenere ibi scriptorum magna ingenia, per terrarum orbem Atheniensium facta pro maxumis celebrantur,“ Thucydidem obversatum esse, praesertim cum ex eiusdem oratione funebri (Thuc. II, 35—46), qua Atheniensium indoles moresque vel maxime collaudantur, Sallustium in eandem partem prooemii non pauca transtulisse constet. Denique iure Dolega haec utriusque verba contulit: Thuc. I, 1, 1: *„Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον . . . ἐλπίσας μέγαν τε ἔσεσθαι καὶ ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων“* (cf. I, 21 extr.) et Sall. Cat. 4, 3—4: „De Catilinae coniuratione . . . absolvam: nam id facinus in primis ego memorabile existumo sceleris atque periculi novitate.“ Sed valde dubium videtur hoc argumentum,

*) vid. Doleg. p. 45.

**) Consentiunt cum eo Ebersteinius l. l. p. 9—12 et Poppo l. l. p. 380 Ebersteinius prorsus inepte hos locos contulit: Thuc. I, 5, 1 cf Sall. Cat. 12, 2 et Thuc. I, 8, 3 cf. Sall. Cat. 10, 3.

***) Cf. Woelfflin. ed Liv. lib. XXI. Lips. 1873. proleg. p. X: „Noch in einem Punkte hat die ältere Form (der römischen Geschichtschreibung) in der jüngeren deutliche Nachwirkungen hinterlassen, darin nämlich, dass in den Einleitungen oft der Gründung Roms gedacht und so wenigstens flüchtig an jenen Zeitpunkt angeknüpft wird. Das hat Sisenna gethan, Sallust im Catilina, Tacitus im Beginne seiner Kaisergeschichte, und so begreift man auch, wie dem Cicero vorgeworfen werden konnte, er beginne seine römische Geschichte (d. h die Geschichte seines Consulates) nicht wie andere Menschenkinder *ἀπὸ τῆς κτίσεως τῆς πόλεως*, schliesse aber dafür mit Romulus.“

quod idem affert (p. 8—9): „Thucydides in . . . critica disiunctione factorum fabularumque cautissime agit atque, quae invenit, nullo loco ad certum redacta esse contendit. Nam in capitibus 1—23 libri I saepius utitur formulis *„φαίνεται* (I, 2, 1. I, 3, 1), *δοκεῖ δέ μοι* (I, 3, 1), *ὡς ἐμοὶ δοκεῖ* (I, 3, 4), *ἀκοῇ ἴσμεν* (I, 4, 1)“ aliisque saepius. Quam cautionem Sallustius in describendis vetustissimis Romanorum rebus imitatur Cat. 6, 1: „sicuti ego accepi“, Cat. 8, 2: „sicuti ego aestumo.“ Praeterea haec quoque Sallustii verba (Cat. 9, 4) „quarum rerum ego maxuma documenta haec habeo“ composita affirmat ad exemplum huiusce loci Thucydidii (I, 2, 3): *„Καὶ παράδειγμα τόδε τοῦ λόγου οὐκ ἐλάχιστόν ἐστι.“* Cogitari id potest, cum praesertim Thucydides ibidem (I, 3, 1) iterum simillimis verbis utatur: *„δηλοῖ δέ μοι καὶ τόδε . . . οὐχ ἥκιστα.“* Tamen, utrum Sallustius hic Thucydidem imitatus sit necne, in medio relinquendum est, cum tales locutiones apud alios quoque scriptores saepissime inveniantur, ut apud Herodotum: VII, 221: *„μαρτύριον δέ μοι καὶ τόδε οὐκ ἐλάχιστον τούτου πέρι γέγονε.“* VII, 238: *„δῆλά μοι πολλοῖσι μὲν καὶ ἄλλοισι τεκμηρίοισι, ἐν δὲ καὶ τῷδε οὐκ ἥκιστα γέγονε.“* II, 13: *„καὶ τόδε μοι μέγα τεκμήριον.“* II, 104: *„μέγα μοι καὶ τόδε τεκμήριον γίνεται.“* VIII, 120: *„μέγα δὲ καὶ τόδε μαρτύριον.“* cf. II, 22. IV, 118. *)

Idem Thucydidis prooemium Sallustio exordium Historiarum conscribenti ante oculos versatum est. **) Atque hic quidem exemplar suum pressius secutus est quam in Catilina, cum non solum superiora tempora breviter perstrinxerit, verum etiam, id quod item Thucydidem (I, 20—22) fecisse iam diximus, de prioribus historicis et sui operis ratione nonnulla praefatus sit. Accedit, quod in Historiis statim initio, quam rem tractandam sibi elegerit, simpliciter significat (Hist. I, 1: „Res populi Romani M. Lepido Q. Catulo consulibus ac deinde militiae et domi gestas composui.“ cf. Thuc. I, 1, 1: *„Θουκυδίδης . . . ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων“*), cum et in Catilina et in Jugurtha a rebus ad ipsum propositum non pertinentibus orsus sit. ***) Denique ne hoc quidem silentio praetermittendum videtur Sallustium in exordio Historiarum perinde ac Thucydidem perfecto tempore uti („composui“ — *„ξυνέγραψε“*), cum in Catilinae et Jugurthae prooemiis, quippe quae ante ipsos libellos componeret aut composita fingeret, eum futuro tempore usum esse videamus: „De Catilinae coniuratione absolvam“ (Cat. 4, 3) et „Bellum scripturus sum“ Jug. 5, 1).

Aliquotiens Sallustius mores ingeniaque nobilium virorum et mulierum descripsit, ut Catilinae (Cat. 5, 1—7), Curii (Cat. 23, 1—2), Caesaris et Catonis (Cat. 5, 4), Jugurthae (Jug. 6, 1), Marii (Jug. 63, 2—6), Sullae (Jug. 95, 3—4), Pompei (Hist. fr. inc. 75). Qua in re eum Thucydidis exemplum secutum esse iam Seneca dixit in suasor. 6, 21. Jure id Dolega comprobavit †). Ceterum apud Thucydidem tales descriptiones aliquanto sunt rariores. Nullae nisi hae reperiuntur: Themistoclis (I, 138, 3—4), Periclis (II, 65, 3—6), Brasidae (IV, 81), Alcibiadis (VI, 15),

*) Apud Thucydidem nullus alius locus invenitur, ubi *„μέγα“* vel *„οὐκ ἐλάχιστον“* vel alia id genus adiecta sunt, sed complures, quibus vocabula *„τεκμήριον“* vel *„μαρτύριον“* sola posita sunt: Thuc. II, 15, 3. 39, 2. 50. III, 66, 1. I, 8, 1 cf. Herod. II, 43. 58 III, 38. Isocr. Paneg. § 87. p. 58 R. § 107, p. 63 R. permulta alia.

**) Consentiunt de ea re Linkerus „C. Sallusti Crispi Historiarum prooemium.“ Marburg. 1850 p. 9—10, qui totam rem explanavit, et Kritzius in epistula ad E. Wuestemannum data, quam fragmentis Historiarum (ed. Lips. 1853) praeposuit, p. 22 et Dolega p 4—6.

***) De his prooemiis vid. Doleg. p. 7 et 14 atque imprimis philol. Anz. vol. IV p. 240—242. — Quatenus Sallustius ibi e Catonis exemplo pendeat, vid. Jordan. ed. Caton. Lips. 1860. prolegom. p. 25 et Bruennert l. l. p. 19.

†) Idem sensit Bruennert l. l. p. 16.

Antiphontis (VIII, 68, 2—3)*). Atque hoc quidem plane convenit naturae Thucydidis, quippe qui historiam ita scribat, ut qui legunt ex ipsa narratione, quid de hominibus et rerum gestarum causis existimandum sit, cognoscere possint atque suo ipsorum iudicio uti sinantur. At Sallustius saepissime, quid ipse sentiat, disertis verbis exprimit. Qua in re quam diversi hi scriptores sint, inde quoque apparet, quod Sallustius locos communes creberrimos per libros suos disseminat, Thucydides plerumque eos non admittit nisi in orationes Idem etiam in elocutione cernitur. Thucydides enim in narratione plerumque simplici atque incompta dictione utitur et tantummodo in orationibus interdum a vulgari sermone recedit, cum Sallustius ubivis verba illustrare atque exornare studeat. Non immerito igitur Granius Licinianus „Sallustium non ut historicum sed ut oratorem legendum“ dicit (ed philolog. Bonn. heptas. 1858 p. 42).

Denique Dolega (p. 10) „Maxime“, inquit, „Sallustius aemulus Thucydidis nominandus est ob orationes libris suis intextas.“ Hoc non ita intellegendum est, ut Sallustium Thucydidis exemplo motum orationes narrationi admiscuisse existimemus. Neque enim id a Thucydide solo factum est sed inter omnes fere Graecos rerum gestarum scriptores pervulgatum fuit, et Romanorum iam alii ante Sallustium illum morem Graecorum imitati sunt. Sed hocce optimo iure potest affirmari eum ex opere Thucydidio potissimum orationes lectitasse ex hisque plurima in libros suos transtulisse. Hic non praetereundum silentio videtur Sallustium, quo diutius in scribenda historia versaretur, eo rarius usum esse orationibus. In Catilina enim orationes et epistulae quartam fere partem totius libelli efficiunt, in Jugurtha non plus quam sextam. Historiarum vero orationes et epistulae, quae usque ad nostram aetatem pervenerunt, — videntur autem omnes pervenisse — ipsae quoque non multo plus quam sextam partem Jugurthae explent. Quanto autem ampliores quinque libros Historiarum quam Jugurtham fuisse putandum est, quippe quibus res duodecim annis et domi et foris a Romanis gestas copiose tractatas atque insuper de aliis nationibus et terris non pauca exposita esse constet!

Venio ad **secundam partem** libri, quam Dolega inscripsit: „Quas sententias locosque Sallustius ex Graecis scriptoribus transtulerit quatenusque in rhetorico genere dicendi ad Thucydidem se applicaverit, quaeritur.“ Ac primum quidem dicendum de **Thucydide.**

Clarissimae illius orationis funebris (Thuc. II, 35—46) Sallustium maxime in conscribendo prooemio Catilinae memorem fuisse hisce locis apparet: Thuc. II, 35, 2—3 (Krueger) cf. Cat. 3, 2. Thuc. II, 40, 1 cf. Cat. 12, 1. Thuc. II, 40, 4 cf. Cat. 6, 5. Thuc. II, 41, 2 cf. Cat. 10, 1. Quos Dolega recte contulit (p 17). Sed dubitationem habet, quod hanc sententiam „Jus bonumque apud eos (antiquos Romanos) non legibus magis quam natura valebat“, quae et ipsa in prooemio Catilinae (Cat. 9, 1) invenitur, translatam dicit ex hoc loco orationis funebris: Thuc. II, 37, 3:

*) Non refero in hoc numero eos locos, quibus Thucydides inter ipsam narrationem occasione data de indole vel moribus alicuius hominis pauca interposuit, ut de Archidamo (I, 79 extr.), de Cleone (III, 36 extr. IV, 21, 3. V, 16, 1), de Brasida (IV, 108, 2. V, 16, 1), de Nicia (V, 16, 3. VII, 50, 4 et 86 extr.), de Alcibiade (V, 43, 1—2), de Hermocrate (VI, 72, 1), de Phrynicho (VIII, 27, 5), id quod et Sallustius item fecit (Jug. 11, 3. 15, 4—5. 43, 1. 64, 1. alibi) et omnes fere rerum gestarum scriptores facere consentaneum est.

„Οὐ παρανομοῦμεν . . . ἀκροάσει . . . τῶν νόμων καὶ μάλιστα αὐτῶν ὅσοι . . . ἄγραφοι ὄντες αἰσχύνην ὁμολογουμένην φέρουσιν.“ Nam similiter Isocrates quoque in Panegyrico de priscorum Atheniensium virtutibus praedicat (§ 78. p. 56 R.): „Ἠπίσταντο, . . ὅτι τοῖς καλοῖς κἀγαθοῖς τῶν ἀνθρώπων οὐδὲν δεήσει πολλῶν γραμμάτων, ἀλλ' ἀπ' ὀλίγων συνθημάτων ῥᾳδίως καὶ περὶ τῶν ἰδίων καὶ περὶ τῶν κοινῶν ὁμονοήσουσιν.“ Concedo illam sententiam in talibus laudationibus vulgarem esse*). Qua de causa eam ne commemorarem quidem, nisi aliud imitationis indicium accederet. Vix enim dubium est, quin Isocratis quoque oratio animo Sallustii iterum ac saepius in componendis libris obversata sit et maxime quidem in hoc ipso prooemio Catilinae**). Itaque cum illa sententia et in Thucydidis laudatione funebri et in Isocratis Panegyrico inveniatur atque hanc utramque orationem Sallustium in hac ipsa antiquorum Romanorum descriptione secutum esse admodum sit veri simile: etiam illud „Jus bonumque non legibus magis quam natura valebat“ imitando eum effinxisse non sine causa suspicamur. Sed utrum Thucydidis an Isocratis an amborum verba ibi ei succurrerint, diiudicari nullo modo potest. Dubito, an ne ipse quidem Sallustius id sciverit. Nam quis contendat eum in unaquaque sententia mutuanda sibi conscium fuisse, se aliunde eam petere, aut unde peteret? Neque attinet id quaerere. Satis habemus cognoscere, Sallustium, cum studiose in Graecorum libris volutatus esset, ex iis multa in suum usum contulisse. Facillimeque eum eas sententias, quas apud plures scriptores invenerat, memoria comprehendisse et tenuisse quis est, quin intellegat? Neque aliter statuendum videtur de his Sallustii verbis, quae item in prooemio Catilinae inveniuntur (Cat. 8, 4): „Eorum qui fecere virtus tanta habetur, quantum eam verbis potuere extollere praeclara ingenia.“ Quae Cortius (p. 56) ex hoc loco orationis funebris sumpta esse affirmat: Thuc. II, 35, 1: „. . . ἐν ἑνὶ ἀνδρὶ πολλῶν ἀρετὰς κινδυνεύεσθαι εὖ τε καὶ χεῖρον εἰπόντι πιστευθῆναι.“ Sallustii enim sententia ut Thucydidiae similis est, ita propius accedit ad similitudinem Catonis, si quidem Flavio Vopisco fidem habemus, qui in vita Probi dicit (cap. 1): „Certum est, quod Sallustius Crispus quodque M. Cato et Gellius historici sententiae modo in litteras rettulerunt, omnes eorum virtutes tantas esse, quantas videri eas voluerint eorum ingenia, qui uniuscuiusque facta descripserint“***). Sallustium autem Catonem quoque cum alibi tum in eodem Catilinae prooemio imitatum esse manifestum est†). Denique eiusdem orationis funebris (Thuc. II, 37, 1) Sallustium sine dubio recordatum esse in Jugurtha (cap. 7, 5) Dolega recte monuit (p. 44). Neque vero probandum videtur, quod hos locos contulit (p. 17): Thuc. II, 40, 3. et Cat. 6, 6.

Sicut Sallustium in laudandis virtutibus priscorum Romanorum ad exemplum Thucydidis sese applicavisse modo demonstravimus, ita eum etiam in corruptela morum insequentis aetatis depingenda (Cat. 10—13) Thucydidiam illam descriptionem (III, 82—84) secutum esse Dolega arbitratur. Hos locos congessit (p. 20): Thuc. III, 82, 5 cf. Cat. 10, 5. Thuc. III, 82, 8. „πάντων δ' αὐτῶν αἴτιον ἀρχὴ ἡ διὰ πλεονεξίαν καὶ φιλοτιμίαν“ cf. Cat. 10, 3: „imperi cupido“ et 10, 4: „avaritia“ et 10, 5. „ambitio.“ Thuc. III, 82, 9 cf. Cat. 10, 4. Quod ut credamus, eo facilius

*) cf. Demosth. d. cor. § 275. p 317 R: „Φανήσεται ταῦτα πάντα οὕτως οὐ μόνον τοῖς νόμοις, ἀλλὰ καὶ ἡ φύσις αὐτὴ τοῖς ἀγράφοις νομίμοις καὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις ἤθεσι διώρικεν.“ et Demosth. in Aristocr. § 70. p. 643 R.: „τοὺς γεγραμμένους νόμους καὶ τἄγραφα νόμιμα.“

**) argumenta eius rei postea afferam.

***) Linker. l. l. p. 30.

†) Argumenta eius rei collegit Bruennert l. l. p. 18.

adducimur, quod iam supra (p. 3) vidimus Sallustium alibi quoque itidem de perditis Romanorum moribus discordiisque civilibus disserentem eiusdem vestigia ingressum esse. Sed hic, cum similitudo illorum locorum levissima sit, dubitari potest de imitatione. Ex eadem descriptione Thucydidis Poppo (ed. Thuc. pars IV, p. 53. suppl.) hanc quoque Sallustii sententiam petitam affirmat: Hist. I, fr. 7: „Nobis primae dissensiones vitio humani ingeni evenere, quod inquies atque indomitum semper in certamine libertatis aut gloriae aut dominationis agit.“ cf. Thuc. III, 82, 2: „Ἐπέπεσε πολλὰ καὶ χαλεπὰ κατὰ στάσιν ταῖς πόλεσι γιγνόμενα μὲν καὶ ἀεὶ ἐσόμενα, ἕως ἂν ἡ αὐτὴ φύσις ἀνθρώπων ᾖ.“ Inter hos locos nulla alia similitudo est, nisi quod ex ingenio humano omnes causas seditionum manare dicitur. Sed accedit aliud indicium imitationis. In prooemio Historiarum, in quo haec verba inveniuntur, Sallustius similiter atque in Catilina (c. 36, 4 - 39, 3) et in Jugurtha (c. 41—42), quibus dissensionibus respublica Romana vexata sit, exponit. Confer: Hist. I, fr. 8—10 et Jug. 41, 2—4 et 7—8. Hist. I, fr. 11 et Jug. 42, 1. Hist. I, fr. 10 et Cat. 38, 3. Utrobique autem (et in Catilina et in Jugurtha) ei Thucydidis illam descriptionem ante oculos versatam esse, ut modo diximus, in promptu est. Ergo nostro iure suspicamur etiam tertio loco eum, cum ad eandem rem rediret, Thucydidis esse recordatum.. Et reperimus ibidem illa verba „Sub honesto patrum aut plebis nomine dominationes adfectabant,“ quae originem a Thucydide tractam satis aperte per se ipsa ostendunt.*) Adde, quod eandem sententiam Thucydides (vel potius imitator eius) in eadem illa descriptione maxime premit, cum dicat (III, 84, 2): „Τῶν νόμων κρατήσασα ἡ ἀνθρωπεία φύσις, εἰωθυῖα καὶ παρὰ τοὺς νόμους ἀδικεῖν, ἀσμένη ἐδήλωσεν ἀκρατὴς μὲν ὀργῆς οὖσα, κρείσσων δὲ τοῦ δικαίου, πολεμία δὲ τοῦ προὔχοντος.“ **) Quae omnia reputantibus nobis veri simile videtur Sallustium hic quoque e Thucydidis exemplo pendere. Ceterum haec descriptio discordiarum civilium cum ea, quae in prooemio Catilinae invenitur, aliqua ex parte discrepat. In Catilina (c. 9) enim Sallustius ante Carthaginis excidium semper „ius bonumque“ et summam in re publica administranda aequitatem apud Romanos valuisse tradit; in Historiis (I, fr. 8—10) iam inde a primordiis rem publicam dissensionibus intestinis vexatam esse narrat, nisi quod paulisper post reges exactos atque inter secundum et tertium bellum Punicum „modesto iure agitatum“ concedit***). In Historiis (I, fr. 10. cf. Jug. 41—42) concordiae causam metum hostilem fuisse dicit, in Catilina amorem iustitiae; et cum in Historiis „ingenium humanum semper in certamine agere“ exponat ex eiusque „vitio“ omnes dissensiones repetat, in Catilina vel maxime collaudat antiquos Romanos et „ius bonumque non legibus magis quam natura valuisse“ dicit. Sed constat sibi Sallustius, quod et in Catilina et in Jugurtha et in Historiis docet inter secundum et tertium bellum Punicum rem publicam Romanam „placide modesteque inter cives tractatam“, deinde Carthagine deleta, cum ex otio et divitiis avaritia et ambitio ortae essent, omnino immutatam esse (Cat. 10, 1. Jug. 41, 3. Hist. I, fr. 10).

Poppo (ed. Thuc. pars I, p. 380) „oratio Caesaris in senatu Catil. 51“, inquit „in multis similis orationi Diodoti Thuc. lib. III, cap. 42—48, et uterque poenam capitalem reorum non ita depre-

---

*) vide supra p. 3.

**) cf. Thuc. III, 45, 2: „Πεφύκασιν . . . ἅπαντες καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἁμαρτάνειν καὶ οὐκ ἔστι νόμος ὅστις ἀπείρξει τούτου“ et ibid. § 5: „Ἁπλῶς . . ἀδύνατον καὶ πολλῆς εὐηθείας ὅστις οἴεται τῆς ἀνθρωπείας φύσεως ὁρμωμένης προθύμως τι πρᾶξαι ἀποτροπήν τινα ἔχειν ἢ νόμων ἰσχύι ἢ ἄλλῳ τῳ δεινῷ.“ et Sall. Jug. 6, 3: „Terrebat eum natura mortalium avida imperi et praeceps ad explendam animi cupidinem.“ Dolegam (p. 4). id fefellit.

***) Idem iam Linkerus perspexit l. l. p. 44.

catur, ut a culpa eos liberare conetur; sed, si supplicium sumatur, ipsis iudicibus aliquando noxium et poenam qualemcunque crimini, de quo agebatur, non aequalem neque ad id in posterum prohibendum satis validam fore conantur demonstrare.“ Id parum considerate Poppo dixisse videtur, et miror, quod Dolega hoc iudicium eius comprobavit. Nam primum quidem culpa reos non liberandos et poenam quamlibet sceleri non aequalem esse demonstrat Caesar (Sall. Cat. 51, 8. 15. 17. 23. 25), Diodotus adeo non demonstrat, ut contra dicat (Thuc. III, 46, 4): „Ἤν τινα ἐλεύθερον καὶ βίᾳ ἀρχόμενον εἰκότως πρὸς αὐτονομίαν ἀποστάντα χειρωσώμεθα, χαλεπῶς οἰόμεθα χρῆναι τιμωρεῖσθαι.“ et (III, 47, 2—3): „Εἰ . . διαφθερεῖτε τὸν δῆμον τῶν Μυτιληναίων, ὃς οὔτε μετέσχε τῆς ἀποστάσεως, ἐπειδή τε ὅπλων ἐκράτησεν, ἑκὼν παρέδωκε τὴν πόλιν, πρῶτον μὲν ἀδικήσετε τοὺς εὐεργέτας κτείνοντες, ἔπειτα . . . προδειξάντων ὑμῶν τὴν αὐτὴν ζημίαν τοῖς τε ἀδικοῦσιν ὁμοίως κεῖσθαι καὶ τοῖς μή. Ἔδει δέ, καὶ εἰ ἠδίκησαν, μὴ προσποιεῖσθαι c. q. s.“ Quod Poppo autem putat utrumque ostendere „poenam qualemcunque ad scelus in posterum prohibendum non satis validam fore“, in ea quoque re a vero longe aberrat. Nam Diodotus quidem (III, 45, 3): „Ἢ τοίνυν δεινότερόν τι τούτου δέος εὑρετέον ἐστίν, ἢ τόδε γε οὐδὲν ἐπίσχει“ (cf. ibid. § 2 et 5). At in Caesaris oratione hoc argumentum nequiquam quaeres. Duabus enim rebus hae orationes prorsus inter se differunt. Diodotus supplicium deprecatur, cum valde usitatum sit, atque hoc ipso argumento utitur (III, 45, 1): „Ἐν . . . ταῖς πόλεσι πολλῶν θανάτου ζημία πρόκειται καὶ οὐκ ἴσων τῷδε ἀλλ' ἐλασσόνων ἁμαρτημάτων.“ et (ibid. § 2): „Διεξεληλύθασί γε διὰ πασῶν τῶν ζημιῶν οἱ ἄνθρωποι προστιθέντες, εἴ πως ἧσσον ἀδικοῖντο ὑπὸ τῶν κακούργων· καὶ εἰκὸς τὸ πάλαι τῶν μεγίστων ἀδικημάτων μαλακωτέρας κεῖσθαι αὐτάς, παραβαινομένων δὲ τῷ χρόνῳ ἐς τὸν θάνατον αἱ πολλαὶ ἀνήκουσιν.“ At Caesar ipsum contrarium argumentum vel maxime premit, cum supplicium „genus poenae novum“ esse dicat (Cat. 51, 18. 8). Atque Diodotus pro iis solis supplicium deprecatur, quos culpa vacare existimet, sed in ceteros, qui Mytilenaeorum civitatem ad seditionem induxerint, animadvertendum esse non negat (III, 48, 1): „Πείθεσθέ μοι Μυτιληναίων οὓς μὲν Πάχης ἀπέπεμψεν ὡς ἀδικοῦντας κρῖναι καθ' ἡσυχίαν, τοὺς δ' ἄλλους ἐᾶν οἰκεῖν.“ Contra Caesar supplicium eorum dissuadet, quorum scelere omnes cruciatus exsuperari profiteatur. Luce igitur clarius est, illis rebus, quibus Poppo opinatur, has Thucydidis et Sallustii orationes inter se consentire nullo modo posse. Atque etiamsi consentirent, illas similitudines ex imitatione repetere ineptum est: proinde quasi Sallustius talia imitari potuerit ac non veram orationem Caesaris sequi debuerit, praesertim cum argumentum eius e Ciceronis oratione Catilinaria (IV, 7—10) aetate Sallustii permultis notum fuisse appareat*) Sed in aliis rebus, quae ipsam argumentationem non commutarent, Sallustium Diodoti exemplum secutum esse suspicamur. Vix enim dubium videtur, quin ei Thucydidiae illius orationis propter rei similitudinem hoc loco in mentem venerit. Quae opinio confirmatur nobis dispositiones orationum comparantibus:

---

*) vid. Linker. „Emendationen zu Sallust“ in actis acad. Vindobon. vol. XIII. p. 276—77. — Cic. in Cat. IV, § 7: „(Caesar) intellegit mortem a dis immortalibus non esse supplicii causa constitutam, sed aut necessitatem naturae aut laborum ac miseriarum quietem esse“ (cf. § 8). Simillime Sallustius (Cat. 51, 20): „De poena possum equidem dicere id quod res habet, in luctu atque miseriis mortem aerumnarum requiem non cruciatum esse, eam cuncta mortalium mala dissolvere, ultra neque curae neque gaudio locum esse.“ Tamen Dolega (p. 27): „Caesar exponit mortem omnium malorum esse finem summumque supplicium, quod de hominibus sumi possit.“

Diodotus: „*Οὐ περὶ τῆς ἐκείνων ἀδικίας ἡμῖν ὁ ἀγὼν ἀλλὰ περὶ τῆς ἡμετέρας εὐβουλίας* (III, 44, 1)."

Τὸ θάνατον ζημίαν προθεῖναι

I. *οὐδὲν ὠφελεῖ, διότι τοὺς ἀνθρώπους τῶν ἁμαρτημάτων ἀποτρέπειν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον οὐχ ἱκανή ἐστιν* (III, 45).

II. *βλάπτει, διοτι*

a) *τοὺς ἀποστάντας εἰς τὸ λοιπὸν ἰσχυρογνωμονεστέρους ποιήσει πρὸς τὸ ἀντέχειν* (III, 46).

b) *τὸν δῆμον τὸν ἐν ταῖς πόλεσι τῶν Ἀθηναίων ἀλλοτριώσει* (III, 47).

Caesar: „Magis, quid nobis dignum sit, quam quid in illos iure fieri possit, quaerendum est" (Cat. 51, 6).

Supplicium

I. pugnat cum dignitate populi Romani: nam

a) leges excedit neque tamen magnitudini sceleris par est (51, 7—15)

b) timore decretum videri potest (51, 18—19).

II. summum periculum rei publicae affert, quia posteri eo exemplo facile abuti queunt (51, 26—41).

Jure igitur Dolega contulit (p. 25 et 27): Thuc. III, 42, 1 cum Cat. 51, 1 et Thuc. III, 44 cum Cat. 51, 6—7. Praeterea hos earundem orationum locos comparandos puto: Thuc. III, 45, 3: „*Ἡ τοίνυν δεινότερόν τι τούτου δέος εὑρετέον ἐστίν, ἢ τόδε γε οὐδὲν ἐπίσχει*" et Cat. 51, 8: „Si digna poena pro factis eorum reperitur, novom consilium adprobo: sin magnitudo sceleris omnium ingenia exuperat, eis utendum censeo, quae legibus conparata sunt." Uterque igitur graviorem poenam quam supplicium quaerendam dicit, Diodotus, quia id in posterum homines quominus peccent deterrere nequeat, Caesar, quod magnitudinem sceleris non adaequet; atque uterque, cum ea excogitari non possit, supplicium dissuadet.

Quoniam Sallustium in componenda Caesaris oratione Thucydidis recordatum esse cognovimus, facile adducimur, ut quaeramus, nonne idem, cum Catonem Caesari repugnantem capitisque poenam suadentem faceret, iterum Thucydidem secutus sit, quippe qui eodem illo loco (III, 37—40) item Cleonem induxisset cives monentem, ut de Mytilenaeis sumerent supplicium Dolega hos locos congessit (p. 30 et 53): Thuc. III, 39, 7 cf. Cat 52, 6. Thuc. III, 40, 1 cf. Cat. 52, 11. Thuc. III, 39, 2 cf. Cat. 52, 24. Sed hae similitudines tam leves sunt, ut ipse de imitatione dubitaverit.

Iam venio ad orationem C. Memmii (Jug. c. 31), in qua Sallustium nonnulla ex oratione Periclis (Thuc. II, 60—64) mutuatum esse Dolega recte contendit (p. 35—36). Confer: Thuc. II, 62, 4—5 *) et Jug. 31, 17. Thuc. II, 61, 1 et Jug. 31, 22 **). Quorum locorum quamvis neuter, quoniam illae sententiae in talibus orationibus pervulgatae sunt***), imitationis argumento per se

---

*) Cf. Cat. 51, 42. Simillima sententia invenitur in oratione Marii Jug. 85, 25 (Dolega p. 37), quae tota oratio huic a Memmio habitae consimilis est. Ceterum in eadem oratione (Jug. 85, 15) confer: „Ego naturam unam et communem omnium existumo, sed fortissimum quemque . . ." cum Thuc. I, 84, 4: „*Πολὺ διαφέρειν οὐ δεῖ νομίζειν ἄνθρωπον ἀνθρώπου, κράτιστον δὲ εἶναι ὅστις . . .*"

**) Thuc.: „ . . *ἢ εἴξαντας εὐθὺς τοῖς πέλας ὑπακοῦσαι ἢ κινδυνεύσαντας περιγενέσθαι.*" Sall.: „ . . aut serviundum esse aut per manus libertatem retinendam " Non recte Dolega cum hoc loco Sallustii contulit Thuc. II, 63, 2.

***) Cf. Thuc. I, 122, 3. 123, 1. 141, 5. 71, 4. II, 11, 2. alia.

ipse esse possit, tamen non dubito Dolegae assentiri, non modo quia illae similitudines in eadem utriusque oratione inveniuntur, sed etiam quod alibi quoque illam orationem animo Sallustii obversatam esse manifestum est: confer Thuc. II, 62, 5 et Jug. 53, 8 (Dolega p. 45) atque imprimis orationem Lepidi (in Historiis), quam infra perlustrabimus. Denique Dolega his quoque locis Sallustium e Thucydidis exemplo pendere existimat: Jug. 32, 1 cf. Thuc. II, 65, 1 et Jug 34, 1 cf. Thuc. II, 65, 2 *). Sed hoc equidem in incerto relinquendum puto.

In epistula Mithridatis (Hist. lib IV), qua Sallustius eum Phraatae auxilium contra Romanos implorantem facit, exordium ex oratione Corcyraeorum (Thuc. I, 32—36) translatum videtur. Nam cum Sallustium in libris Thucydidis multum versatum esse cognoverimus, non sine causa suspicamur ei in scribenda hac epistula propter rei similitudinem illius orationis in mentem venisse, qua similem in modum Corcyraei Atheniensium societatem ad bellum Corinthiorum sibi conciliare student. Quodsi ipsa exordia (Thuc. I, 32, 1 et epist. Mithr. § 1) eandem fere sententiam exhibent, id casu fieri haud facile intellegitur. Longius id Dolega prosecutus est (p. 42—43).

Praeterea idem hos locos imitatione expressos a Sallustio esse recte monuit (p. 15 et 46): Thuc. I, 4 cf. Hist. fr. inc. 8 et Thuc. I, 70, 5 cf. Hist. I, fr. 12 **). Neque vero probandum videtur, quod in eo numero hos quoque locos rettulit (p. 20 et 44): Thuc. II, 52, 2 cf. Cat. 12, 2 et Thuc. II, 64, 3 cf. Jug. 2, 3.

Quibus locis a Dolega congestis hi addendi videntur:

Simillimis verbis Phormio (Thuc. II, 89) et Jugurtha (Jug. 49) milites suos cohortantur.***) Totam Sallustii orationem uno tenore scribam et, quae e Thucydidia ei similia sunt, iuxta ponam:

Thuc. II, 89.	Jug. 49, 2—3.
	„Monet atque obtestatur, uti memores pristinae virtutis et victoriae sese regnumque suum ab Romanorum avaritia defendant:
§ 7: „*Ἀμύνασθε . . . τούσδε ἀξίως τῶν προειργασμένων.*"	Cum eis certamen fore, quos antea victos sub iugum miserint;
§ 1: „*Οὗτοι . . . διὰ τὸ προνενικῆσθαι καὶ μηδὲ αὐτοὶ οἴεσθαι ὁμοῖοι ἡμῖν εἶναι . . . οὐκ ἀπὸ τοῦ ἴσου παρεσκευάσαντο*" †)	ducem illis, non animum mutatum;
§ 6: „*Τούτων μὲν οὖν ἐγὼ ἕξω τὴν πρόνοιαν κατὰ τὸ δυνατόν.*" Pluribus verbis Phormio id exponit § 5: „*Τὸν . . ἀγῶνα οὐκ ἐν τῷ κόλπῳ ἑκὼν εἶναι ποιήσομαι οὐδ' ἐσπλεύσομαι ἐς αὐτόν.*"	Quae ab imperatore decuerint omnia suis provisa:
	locum superiorem,

---

*) De hoc loco infra (in tertia parte) disseram.

**) Sed in errore versatur Dolega, quod Sallustio hic Demosthenis quoque sententiam (Philipp. III, § 73) ante oculos obversatam esse existimat.

***) Id. iam Poppo vidit (prolegom. p. 380).

†) Cf. § 3: „*Πολὺ . . ὑμεῖς ἐκείνοις πλέω φόβον παρέχετε καὶ πιστότερον κατὰ τὸ προνενικηκέναι*" et § 8: „*Ἀναμιμνήσκω δ' αὖ ὑμᾶς ὅτι νενικήκατε αὐτῶν τοὺς πολλούς· ἡσσημένων δὲ ἀνδρῶν οὐκ ἐθέλουσιν αἱ γνῶμαι πρὸς τοὺς αὐτοὺς κινδύνους ὁμοῖαι εἶναι.*"

§ 5: *'Ορῶ γὰρ ὅτι πρὸς πολλὰς ναῦς ἀνεπιστήμονας ὀλίγαις ναυσὶν ἐμπείροις καὶ ἄμεινον πλεούσαις ἡ στενοχωρία οὐ ξυμφέρει.*"	ut prudentes cum inperitis, ne pauciores cum pluribus aut rudes cum belli melioribus manum consererent.
§ 7: „*'Υμεῖς δὲ εὔτακτοι παρὰ ταῖς ναυσὶ μένοντες τὰ παραγγελλόμενα ὀξέως δέχεσθε.*"	Proinde parati intentique essent signo dato Romanos invadere;
§ 8: „*'Ο δὲ ἀγὼν μέγας ὑμῖν ἢ καταλῦσαι Πελοποννησίων τὴν ἐλπίδα τοῦ ναυτικοῦ ἢ ἐγγυτέρω καταστῆσαι 'Αθηναίοις τὸν φόβον περὶ τῆς θαλάσσης.*"	illum diem aut omnis labores et victorias confirmaturum aut maxumarum aerumnarum initium fore"

Horum locorum ne unus quidem ad Thucydidis similitudinem tam prope accedit, ut imitando eum effictum esse appareat. Itaque perperam Cortius (p. 637) unam illam sententiam „cum eis certamen fore, quos antea victos sub iugum miserint" translatam dicit e Thucydide. Hoc enim argumento Jugurtham uti tam consentaneum est atque ipsa rerum condicione postulatur, ut contra miraremur, si eo non usus esset, nedum aliunde id petitum esse opinemur. Atque omnino per se intellegitur, fieri non posse, quin in talibus militum adhortationibus multae similitudines sententiarum inveniantur, quas non ex imitatione manasse nemo est, quin videat. *) Nihilo setius hoc loco, cum tota fere utriusque oratio e simillimis sententiis composita sit, nescio, an dedita opera Sallustium exemplum Thucydidis secutum esse recte coiciamus.

Thucydides Atheniensium exercitum terrestrem, quam sollicitus atque exspectatione suspensus commilitones cum classe Syracusanorum summa contentione depugnantes spectet, hisce verbis depingit (VII, 71, 2—4): „*Δι' ὀλίγου . . οὔσης τῆς θέας καὶ οὐ πάντων ἅμα ἐς τὸ αὐτὸ σκοπούντων, εἰ μέν τινες ἴδοιέν πῃ τοὺς σφετέρους ἐπικρατοῦντας, ἀνεθάρσησάν τε ἂν καὶ πρὸς ἀνάκλησιν θεῶν μὴ στερῆσαι σφᾶς τῆς σωτηρίας ἐτρέποντο, οἱ δὲ ἐπὶ τὸ ἡσσώμενον βλέψαντες ὀλοφυρμῷ τε ἅμα μετὰ βοῆς ἐχρῶντο καὶ ἀπὸ τῶν δρωμένων τῆς ὄψεως καὶ τὴν γνώμην μᾶλλον τῶν ἐν τῷ ἔργῳ ἐδουλοῦντο. Ἄλλοι δὲ καὶ πρὸς ἀντίπαλόν τι τῆς ναυμαχίας ἀπιδόντες, διὰ τὸ ἀκρίτως ξυνεχὲς τῆς ἁμίλλης καὶ τοῖς σώμασιν αὐτοῖς ἴσα τῇ δόξῃ περιδεῶς ξυναπονεύοντες ἐν τοῖς χαλεπώτατα διῆγον. Ἀεὶ γὰρ παρ' ὀλίγον ἢ διέφευγον ἢ ἀπώλλυντο· ἦν τε ἐν τῷ αὐτῷ στρατεύματι τῶν Ἀθηναίων, ἕως ἀγχώμαλα ἐναυμάχουν, πάντα ὁμοῦ ἀκοῦσαι, ὀλοφυρμός, βοή, νικῶντες, κρατούμενοι, ἄλλα ὅσα ἐν μεγάλῳ κινδύνῳ μέγα στρατόπεδον πολυειδῆ ἀναγκάζοιτο φθέγγεσθαι.*" Simillima est apud Sallustium (Jug. 60, 1—4) **) Zamensium condicio, qui de moenibus oppidi sui obsessi Jugurtham cum Romanis acerrime pugnantem spectant: „(Romani) obpugnare aut parare omnibus locis, avidius alteri alteros sauciare quam semet tegere, clamor permixtus hortatione laetitia gemitu, item strepitus armorum ad caelum ferri, tela utrimque volare. Sed illi qui moenia defensabant, ubi hostes paulum modo pugnam remiserant, intenti proelium equestre prospectabant. Eos, uti quaeque Jugurthae res erant, laetos modo modo pavidos animadverteres ac, sicuti audiri a suis aut cerni possent, monere alii alii hortari aut man usignificare aut niti corporibus et ea huc et illuc quasi vitabundi aut

---

*) Confer. si placet, Thuc. ibid § 3 cum Cat. 58, 12. Thuc. ibid. § 5 et II, 11, 3 cum Jug. 107, 1. Thuc. II, 87, 5 et VII, 62, 1 cum Jug. 49, 2. Thuc. II, 89, 8 cum V, 9, 7. Thuc. IV, 95, 1 cum Cat. 58, 1—3.

**) Hos locos iam Poppo contulit.

iacientes tela agitare". Hic quamvis Sallustius exemplari suo non pueriliter sese astrinxerit, sed suum ingenium secutus sit, tamen imitationis vestigia manifesta sunt.

Ceterum etiam alio Sallustii loco simili Thucydidis monemur: uterque enim, quo modo milites vulneribus confecti extremas vires ad effugiendum contendant, egregie describit. Atque apud Thucydidem quidem haec descriptio eodem fere loco invenitur, quo illa, de qua modo diximus: Thuc. VII, 75, 2—3: „*Οἱ ζῶντες καταλειπόμενοι τραυματίαι τε καὶ ἀσθενεῖς πολὺ τῶν τεθνεώτων τοῖς ζῶσι λυπηρότεροι ἦσαν καὶ τῶν ἀπολωλότων ἀθλιώτεροι. Πρὸς γὰρ ἀντιβολίαν καὶ ὀλοφυρμὸν τραπόμενοι ἐς ἀπορίαν καθίστασαν, ἄγειν τε σφᾶς ἀξιοῦντες καὶ ἕνα ἕκαστον ἐπιβοώμενοι, εἴ τινά πού τις ἴδοι ἢ ἑταίρων ἢ οἰκείων, τῶν τε ξυσκήνων ἤδη ἀπιόντων ἐκκρεμαννύμενοι καὶ ἐπακολουθοῦντες ἐς ὅσον δύναιντο, εἴ τῳ δὲ προλίποι ἡ ῥώμη καὶ τὸ σῶμα, οὐκ ἄνευ πολλῶν ἐπιθειασμῶν καὶ οἰμωγῆς ὑπολειπόμενοι.*" cf. Sall. Jug. 101, 11: „Tum spectaculum horribile in campis patentibus: sequi, fugere, occidi, capi, equi atque viri adflicti, ac multi volneribus acceptis neque fugere posse neque quietem pati, niti modo ac statim concidere."

Denique hos locos conferendos propono:

Thuc. I, 68, 1.	or. Lepid. (Hist. lib I) § 1.
„*Τὸ πιστὸν ὑμᾶς, ὦ Λακεδαιμόνιοι, τῆς καθ' ὑμᾶς αὐτοὺς πολιτείας καὶ ὁμιλίας*	„Clementia et probitas vostra, Quirites, ... plurumum timoris mihi faciunt advorsum tyrannidem L. Sullae, ne, quae ipsi nefanda
ἀπιστοτέρους ἐς τοὺς ἄλλους, ἤν τι λέγωμεν, καθίστησιν."	aestumatis, ea parum credundo de aliis circumveniamini."

Non dubito, quin Sallustio hic tota illa Thucydidis oratio obversata sit. Nam, sicut Corinthii (Thuc. I, 68—71) Lacedaemonios de Atheniensium industria et strenuitate monent exhortanturque, ut tandem aliquando abiecta cunctatione arma iis inferant, ita Lepidus consul populum Romanum contra Sullam simili modo concitat. *) In isdem orationibus confer (or. Lepid. § 20): „Neque iam quid existumetis de illo (Sulla), sed quantum audeatis vereor" cum Thuc. I, 69, 2: „*Χρῆν . . οὐκ εἰ ἀδικούμεθα, ἔτι σκοπεῖν, ἀλλὰ καθ' ὅ τι ἀμυνούμεθα*" et I, 68, 3: „*Εἰ μὲν ἀφανεῖς που ὄντες ἠδίκουν τὴν 'Ελλάδα, διδασκαλίας ἂν ὡς οὐκ εἰδόσι προσέδει· νῦν δὲ τί δεῖ μακρηγορεῖν;*"**) Adde, quod eandem Thucydidis orationem notam Sallustio fuisse alio quoque loco Historiarum cernitur (vide supra p. 11):

---

*) or. Lepid. § 20: „Vereor, ne alius alium principem expectantes ante capiamini, non opibus eius. . . sed vostra socordia." cf. § 7. Thuc. I, 68, 2: „*Οὐ πρὶν πάσχειν, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐν τῷ ἔργῳ ἐσμέν, τοὺς ξυμμάχους τούσδε παρεκαλέσατε.*" I, 69, 1: „*Καὶ τῶνδε ὑμεῖς αἴτιοι, τό τε πρῶτον ἐάσαντες αὐτοὺς . . . . κρατῦναι . .*" I, 69, 2: „*Οἱ γὰρ δρῶντες βεβουλευμένοι πρὸς οὐ διεγνωκότας ἤδη καὶ οὐ μέλλοντες ἐπέρχονται.*" I, 69, 3: „*'Ησυχάζετε μόνοι 'Ελλήνων . . οὐ τῇ δυνάμει τινὰ ἀλλὰ τῇ μελλήσει ἀμυνόμενοι καὶ μόνοι οὐκ ἀρχομένην τὴν αὔξησιν τῶν ἐχθρῶν διπλασιουμένην δὲ καταλύοντες*". I, 69, 4: „*'Αντὶ τοῦ ἐπελθεῖν αὐτοὶ ἀμύνεσθαι βούλεσθε μᾶλλον ἐπιόντας, καὶ ἐς τύχας πρὸς πολλῷ δυνατωτέρους ἀγωνιζόμενοι καταστῆναι*". I, 70, 2: „*Οἱ μὲν . . ἐπινοῆσαι ὀξεῖς καὶ ἐπιτελέσαι ἔργῳ ὃ ἂν γνῶσιν· ὑμεῖς δὲ τὰ ὑπάρχοντά τε σῴζειν καὶ ἐπιγνῶναι μηδὲν καὶ ἔργῳ οὐδὲ τἀναγκαῖα ἐξικέσθαι*". I, 70, 3: „ . . . *ἄοκνοι πρὸς ὑμᾶς μελλητάς.*" I, 71, 1: „*Διαμέλλετε καὶ οἴεσθε τὴν ἡσυχίαν οὐ τούτοις τῶν ἀνθρώπων ἐπὶ πλεῖστον ἀρκεῖν, οἳ . . .*" I, 71, 3: „*Μέχρι μὲν οὖν τοῦδε ὡρίσθω ὑμῶν ἡ βραδυτής.*"

**) Confer. ex oratione Macri, quae orationi Lepidi similis est, § 25: „Neque enim ignorantia res claudit, verum occupavit nescio quae vos torpedo". Ibidem § 13: „Quo (otio) iam ipso frui . . . non est condicio: fuisset, si omnino quiessetis. Nunc animum advortere et nisi viceritis . . . . . artius habebunt" conferri potest cum Thuc. I, 69, 3: „*Λανθάνειν μὲν οἰόμενοι διὰ τὸ ἀναίσθητον ὑμῶν ἧσσον θαρσοῦσι, γνόντες δὲ εἰδότας περιορᾶν ἰσχυρῶς ἐγκείσονται.*"

Thuc. I, 70 extr.	Hist. I, fr. 12.
„Ὥστε εἴ τις αὐτοὺς ξυνελὼν φαίη πεφυκέναι ἐπὶ τῷ μήτε αὐτοὺς ἔχειν ἡσυχίαν μήτε τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐᾶν, ὀρθῶς ἂν εἴποι.“	„Adeo iuventus luxu atque avaritia conrupta est, uti merito dicatur genitos esse qui neque ipsi habere possent res familiaris neque alios pati.“

Ceterum in hac oratione Lepidi Sallustio Periclis quoque orationis (Thuc. II, 60—64) in mentem venisse apparet nobis hosce locos comparantibus:

Thuc. II, 63, 2.	or. Lepid. § 7.
„Ὡς τυραννίδα . . . ἤδη ἔχετε αὐτήν (τὴν ἀρχήν), ἣν λαβεῖν μὲν ἄδικον δοκεῖ εἶναι, ἀφεῖναι δ' ἐπικίνδυνον.“	„. . nisi forte speratis taedium iam aut pudorem tyrannidis Sullae esse et eum per scelus occupata periculosius dimissurum.“
Thuc II, 61, 1.	**ibid. § 9—10.**
„Εἰ . . ἀναγκαῖον ἦν ἢ εἴξαντας εὐθὺς τοῖς πέλας ὑπακοῦσαι ἢ κινδυνεύσαντας περιγενέσθαι, ὁ φυγὼν τὸν κίνδυνον τοῦ ὑποστάντος μεμπτότερος.“	„Illa quies et otium cum libertate, quae multi probi potius quam laborem cum honoribus capessebant, nulla sunt: hac tempestate serviundum aut imperitandum, habendus metus est aut faciundus, Quirites.“

Quod optime ea re comprobatur, quod in Memmii oratione (Jug. 31) huic admodum simili Sallustium eandem Thucydidis orationem haud dubie respexisse iam supra vidimus (p. 10).

Ex aliis Graecorum scriptoribus Sallustius maxime **Demosthenis** exemplar secutus videtur. Neque id mirum. Nam cum ille Catonem gravissimis verbis Romanos cohortantem faceret, ut socordia ignaviaque deposita ad priscorum morum integritatem redirent, et cum Lepidum et Macrum monentes excitantesque populum induceret, ne rem publicam „in paucorum dominationem concedere“ pateretur sed libertatem, quam maiores summo labore ac periculo peperissent, ipse tueretur: cum illos, inquam, verba facientes induceret, fieri non potuit, quin Demosthenis reminisceretur, qui simillimum in modum Athenienses, ut Philippo resisterent, cohortatus esset. Et videmus imprimis e Philippicis et Olynthiis orationibus multa eum repetiisse.

E tertia Olynthiarum orationum Dolega hos locos sine dubio effictos imitatione esse recte monuit: Ol. III, § 1. p. 28 R cf. Cat. 52, 2—3 (Dol. p. 32) Ol. III, 15. p. 32 R cf. Jug. 85, 12 (Dol. p. 36—37). Ol. III, 31. p. 37 R cf. or. Macr. § 20 (Dol. p. 42). Ol. III, 33. p 37 R cf. or. Macr. § 19 (Dol p. 41—42). Ol. III, 26. p. 35 R cf Cat. 9, 2 – 3 (Dol. p. 17—18). Ol. III, 25. p. 35 R cf Cat. 12, 3—13, 1 (Dol. p 18, adnot. 1)*), e Philippica oratione tertia hosce locos: Phil. III, 35. p. 120 R cf. or. Lepid. § 20 (Dol p. 39). Phil. III, 33. p. 119 R cf. or. Philipp. (Hist lib. I) § 12 (Dol. p. 40).

Sed fugit Dolegam ex eadem utriusque oratione haec quoque conferre: Phil. III, 8—9 p. 112—13 R: „*Εἰ μὲν . . ἔξεστιν εἰρήνην ἄγειν τῇ πόλει καὶ ἐφ' ἡμῖν ἐστι τοῦτο, . . . φημὶ*

*) Cf. Caton. ed. Jordan. p 55, 9: „Dicere possum, quibus villae atque aedes aedificatae atque expolitae maximo opere citro atque ebore atque pavimentis Poenicis sient.“

ἔγωγε ἄγειν ἡμᾶς δεῖν, καὶ τὸν ταῦτα λέγοντα γράφειν καὶ πράττειν καὶ μὴ φενακίζειν ἀξιῶ. Εἰ δὲ ἕτερος τὰ ὅπλα ἐν ταῖς χερσὶν ἔχων καὶ δύναμιν πολλὴν περὶ αὐτὸν τοὔνομα μὲν τὸ τῆς εἰρήνης ὑμῖν προβάλλει, τοῖς δ' ἔργοις αὐτὸς τοῖς τοῦ πολέμου χρῆται, τί λοιπὸν ἄλλο πλὴν ἀμύνεσθαι; . . . . Εἰ δέ τις ταύτην εἰρήνην ὑπολαμβάνει, ἐξ ἧς ἐκεῖνος πάντα τἄλλα λαβὼν ἐφ' ἡμᾶς ἥξει, πρῶτον μὲν μαίνεται, ἔπειτα ἐκείνῳ παρ' ὑμῶν, οὐχ' ὑμῖν παρ' ἐκείνου τὴν εἰρήνην λέγει“ et or. Philipp. § 17—18: *) „Quo usque cunctando rem publicam intutam patiemini et verbis arma temptabitis? Dilectus advorsum vos habiti, pecuniae publice et privatim extortae, praesidia deducta atque inposita . . . Quanto mehercule avidius pacem petieritis, tanto bellum acrius erit . . . Qui turbas et caedem civium odisse ait et ob id armato Lepido vos inermos retinet, quae victis toleranda sunt ea, cum facere possitis, patiamini potius censet. Ita illi a vobis pacem, vobis ab illo bellum suadet.“

Praeterea in eadem oratione Demosthenis Dolega hos locos praetermisit:

Cat. 51, 28—31.	Dem: Phil. III, 60—61 p. 126 R.	Cat 51, 32—34.
„Lacedaemonii devictis Atheniensibus triginta viros inposuere, qui rem publicam eorum tractarent. Ei primo coepere pessumum quemque et omnibus invisum indemnatum necare.	„Συστραφέντες ἄνθρωποι πολλοὶ καὶ χορηγὸν ἔχοντες Φίλιππον καὶ πρυτανευόμενοι ἀπάγουσι τὸν Εὐφραῖον εἰς τὸ δεσμωτήριον	„Nostra memoria victor Sulla cum Damasippum et alios eiusmodi, qui malo rei publicae creverant, iugulari iussit, quis non
Ea populus laetari et merito dicere fieri.	ὡς συνταράττοντα τὴν πόλιν ὁρῶν δὲ ταῦθ' ὁ δῆμος . . τοῖς μὲν οὐκ ὠργίζετο, τὸν δ' ἐπιτήδειον ταῦτα παθεῖν ἔφη καὶ ἐπέχαιρεν.	factum eius laudabat? Homines scelestos et factiosos, qui seditionibus rem publicam exagitaverant, merito necatos aiebant. Sed ea res magnae initium cladis fuit.
Post ubi paulatim licentia crevit, iuxta bonos et malos lubidinose interficere,	Μετὰ ταῦθ' οἱ μὲν ἐπ' ἐξουσίας ὁπόσης ἠβούλοντο ἔπραττον, ὅπως ἡ πόλις ληφθήσεται, καὶ κατεσκευάζοντο τὴν πρᾶξιν,	Nam uti quisque domum aut villam, postremo vas aut vestimentum alicuius concupiverat, dabat operam, ut is in proscriptorum numero esset.
ceteros metu terrere.	τῶν δὲ πολλῶν εἴ τις αἴσθοιτο, ἐσίγα καὶ κατεπέπληκτο τὸν Εὐφραῖον οἷα ἔπαθε μεμνημένοι.	
Ita civitas servitute obpressa stultae laetitiae gravis poenas dedit.“	Οὕτω δ' ἀθλίως διέκειντο, ὥστε οὐ πρότερον ἐτόλμησεν οὐδεὶς τοιούτου κακοῦ προσιόντος ῥῆξαι φωνήν, πρὶν . . . Τῆς δὲ πόλεως οὕτως ἁλούσης αἰσχρῶς καὶ κακῶς οἱ μὲν ἄρχουσι καὶ τυραννοῦσιν.“	Ita illi, quibus Damasippi mors laetitiae fuerat, paulo post ipsi trahebantur neque prius iugulandi finis fuit, quam Sulla omnis suos divitiis explevit.“

*) Iam Rehdantzius (ed. Demosth.) hos locos contulit.

Phil. III, 40, p. 121 R.

„Τριήρεις γε' καὶ σωμάτων πλῆθος καὶ χρημάτων καὶ τῆς ἄλλης κατασκευῆς ἀφθονία, καὶ τἄλλα, οἷς ἄν τις ἰσχύειν τὰς πόλεις κρίνοι, νῦν ἅπασι καὶ πλείω καὶ μείζω ἐστὶ τῶν τότε πολλῷ."

Cat. 52, 19–22. *)

„Nolite existumare maiores nostros armis rem publicam ex parva magnam fecisse. Si ita res esset, multo pulcherrimam eam nos haberemus, quippe sociorum atque civium, praeterea armorum atque equorum maior copia nobis quam illis est.

ibid. § 36 - 37. p. 120 R.

„Ἦν τι τότε, ἦν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐν ταῖς τῶν πολλῶν διανοίαις, ὃ νῦν οὐκ ἔστιν, ὃ καὶ τοῦ Περσῶν ἐκράτησε πλούτου καὶ ἐλευθέραν ἦγε τὴν Ἑλλάδα καὶ οὔτε ναυμαχίας οὔτε πεζῆς μάχης οὐδεμιᾶς ἡττᾶτο. Νῦν δὲ ἀπολωλὸς ἅπαντα λελύμανται καὶ ἄνω καὶ κάτω πεποίηκε πάντα τὰ πράγματα. Τί οὖν ἦν τοῦτο; Τοὺς παρὰ τῶν ἄρχειν βουλομένων ἢ διαφθείρειν τὴν Ἑλλάδα χρήματα λαμβάνοντας ἅπαντες ἐμίσουν, καὶ χαλεπώτατον ἦν τὸ δωροδοκοῦντα ἐλεγχθῆναι, καὶ τιμωρίᾳ μεγίστῃ τοῦτον ἐκόλαζον."

Sed alia fuere quae illos magnos fecere, quae nobis nulla sunt, domi industria, foris iustum imperium,

animus in consulundo liber neque delicto neque lubidini obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam atque avaritiam, publice egestatem, privatim opulentiam; laudamus divitias." cf. § 23: „Ubi . . . . pecuniae aut gratiae servitis, eo fit ut inpetus fiat in vacuam rem publicam."

Ex aliis orationibus Dolega haec attulit: Phil. IV, 1. p. 131 R. cf. or. Macr. § 14 (Dol. p. 41). D. cor. § 97. p. 258 R cf. or. Lepid § 15 (Dol. p. 39).

Denique etiam Hist. I, fr. 55 a Sallustio ad Demosthenis (d. cor. § 67. p. 247 R) exemplum conformatum esse iure Dolega affirmavit (p. 46—47)**). Neque vero probandum videtur, quod illam sententiam „Secundae res mire sunt vitiis optentui: quibus labefactis quam formidatus est, tam contemnetur (or. Lepid § 24)" translatam dicit ex Olynth. II, 20. p. 23 R.: „Αἱ εὐπραξίαι δειναὶ συγκρύψαι τὰ τοιαῦτα ὀνείδη. Εἰ δέ τι πταίσει, τότ' ἀκριβῶς αὐτοῦ ταῦτ' ἐξετασθήσεται" ***) (Dol. p. 38). Nam simillima verba apud Isocratem quoque inveniuntur (Archidam. § 102. p. 137 R): „Αἱ μὲν εὐτυχίαι καὶ τοῖς φαύλοις τῶν ἀνθρώπων τὰς κακίας συγκρύπτουσιν, αἱ δὲ δυσπραξίαι ταχέως καταφανεῖς ποιοῦσιν, ὁποῖοί τινες ἕκαστοι τυγχάνουσιν ὄντες." De talium sententiarum imitatione quid statuendum sit, iam supra demonstravimus (p. 7).

Isocratis Panegyricum legenti mihi haec occurrerunt:

Paneg. § 79. p. 56 R.

„Οὕτω . . πολιτικῶς εἶχον (οἱ παλαιοὶ Ἀθηναῖοι), ὥστε καὶ τὰς στάσεις ἐποιοῦντο πρὸς ἀλλήλους, οὐχ ὁπότεροι τοὺς ἑτέρους ἀπολέσαντες τῶν λοιπῶν ἄρξουσιν, ἀλλὰ ὁπότεροι φθήσονται τὴν πόλιν ἀγαθόν τι ποιήσαντες"

Cat. 7, 6.

„Gloriae maxumum certamen inter ipsos (antiquos Romanos) erat:
se quisque hostem ferire, murum ascendere, conspici, dum tale facinus faceret, properabat"

*) Rehdantz. p. 8.

**) Id negaverunt Linkerus (Sall. Hist prooem. p. 31) et Kritzius (ed. Hist p. 90). cf. Gell. II, 27.

***) vid. supra p. 1.

ibid. § 85 p. 57 - 58 R.

„Περὶ καλλίστων ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις ἐφιλονείκησαν, οὐκ ἐχθροὺς ἀλλ' ἀνταγωνιστὰς σφᾶς αὐτοὺς εἶναι νομίζοντες, οὐδὲ ἐπὶ δουλείᾳ τῇ τῶν Ἑλλήνων τὸν βάρβαρον θεραπεύοντες ἀλλ' ἅμα μὲν περὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας ὁμονοοῦντες, ὁπότεροι δὲ ταύτης αἴτιοι γενήσονται, περὶ τούτου ποιούμενοι τὴν ἅμιλλαν."

Cat. 9, 2.

„Jurgia discordias simultates cum hostibus exercebant, cives cum civibus de virtute certabant."

ibid. § 80 p. 56 R

„. . . τῷ ποιεῖν εὖ προσαγόμενοι τὰς πόλεις, ἀλλ' οὐ βίᾳ καταστρεφόμενοι."

ibid. § 5. *)

„Beneficiis magis quam metu imperium agitabant."

ibid § 13. p. 43 R.

„Χαλεπόν ἐστιν ἴσους τῷ μεγέθει λόγους τῶν ἔργων ἐξευρεῖν."

Cat. 3, 2 **).

„Mihi . . . . in primis arduum videtur res gestas scribere, primum quod facta dictis exaequanda sunt."

Accedit, quod uterque in exordio animi virtutes pluris esse aestimandas exponit quam corporis.***) Licet illae sententiae vulgares sint et similitudines levissimae: tamen, ut haec omnia et apud Sallustium et apud Isocratem in unum locum conveniant, casu et fortuito fieri mihi non persuadeo, sed admodum veri simile videtur Sallustio, cum clarissimam illam orationem lectitasset, in praedicandis priscorum Romanorum virtutibus propter rei similitudinem non pauca eius in mentem occurrisse. Sed dedita opera eum ad hoc ipsum Isocratis Panegyricum inspexisse aut iam antea inter legendum tales sententias, quas in componendis libris usui sibi fore speraret, ex eo excerpsisse hoc non potest affirmari. Ceterum non modo in hac laudatione Romanorum sed etiam alibi Sallustius Panegyrici videtur recordatus esse:

Paneg § 179. p. 78 R.

„Τῆς . . γῆς ἁπάσης τῆς ὑπὸ τῷ κόσμῳ κειμένης δίχα τετμημένης καὶ τῆς μὲν Ἀσίας τῆς δὲ Εὐρώπης καλουμένης e. q. s."

Jug. 17,3. †)

„In divisione orbis terrae plerique in parte tertia Africam posuere, pauci tantum modo Asiam et Europam esse"

*) De alio loco eiusdem capitis (Cat 9, 1 cf. Paneg. § 78. p. 56 R.) iam supra diximus p. 7.

**) Hunc locum Dolega attulit p. 16.

***) Similes sententias etiam in alia parte Panegyrici invenimus: § 48. p. 50 R: „Τοῦτο (φιλοσοφίαν καὶ λόγους) μόνον ἐξ ἁπάντων τῶν ζῴων ἴδιον ἔφυμεν ἔχοντες καὶ . . . τούτῳ πλεονεκτήσαντες καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν αὐτῶν διηνέγκαμεν." cf. Cat. 1, 2: „Alterum (animus) nobis cum dis, alterum (corpus) cum beluis commune est" et § 1: „Omnis homines, qui sese student praestare ceteris animalibus e. q. s." Paneg. § 76. p. 56 R: „Οὗτος ἐδόκει πλοῦτον ἀσφαλέστατον κεκτῆσθαι καὶ κάλλιστον, ὅστις τυγχάνει τοιαῦτα πράττων, ἐξ ὧν αὐτός τε μέλλοι μάλιστα εὐδοκιμήσειν καὶ τοῖς παισὶ μεγίστην δόξαν καταλείψειν." cf. Cat 1, 3—4: „Quo mihi rectius videtur ingeni quam virium opibus gloriam quaerere et . . . . . . memoriam nostri quam maxume longam efficere: nam divitiarum et formae . . . gloria fluxa atque fragilis est, virtus clara aeternaque habetur."

†) vid Kritz. ed. Sall. Jug. (Lips. 1834). p. 103.

ibid. § 111. p. 64 R	**Hist. or. Lepid. § 2.**
„*Τοὺς μὲν ἀνομωτάτους πιστοτάτους ἐνόμιζον, τοὺς δὲ προδότας ὥσπερ εὐεργέτας ἐθεράπευον, ᾑροῦντο δὲ τῶν Εἱλώτων ἐνίοις δουλεύειν, ὥστε εἰς τὰς αὐτῶν πατρίδας ὑβρίζειν* e. q. s.“ cf.: „*Εἰς μὲν τοὺς διάγουσιν ὑβρίζοντες, τοῖς δὲ δουλεύοντες ὡσανεὶ ἄνθρωποι μάλιστα τὰς φύσεις διεφθαρμένοι.*“	„Satellites quidem eius (Sullae), homines maxumi nominis optumis maiorum exemplis, nequeo satis mirari, qui dominationis in vos servitium suum mercedem dant et utrumque per iniuriam malunt quam optumo iure liberi agere.“
ibid § 80. p. 56 R.	**Jug. 85, 35.**
„ . . . . *οὐχ ὑβρίζοντες τοὺς Ἕλληνας, καὶ στρατηγεῖν οἰόμενοι δεῖν ἀλλὰ μὴ τυραννεῖν αὐτῶν, καὶ μᾶλλον ἐπιθυμοῦντες ἡγεμόνες ἢ δεσπόται προσαγορεύεσθαι.*“	„Exercitum supplicio cogere id est dominum non imperatorem esse.“

Etiam horum locorum ne unus quidem Isocratem Sallustio ante oculos obversatum esse per se ipse satis ostendit. Tamen, quoniam omnes in eadem illius oratione inveniuntur, non praetereundi silentio videbantur.

Platonis exemplum secutum Sallustium esse in Jug. c. 85, 49 (cf. Plat. Menex. c. 20) iam Aldus Manutius vidit (vid. Cort. p. 810. Doleg. p. 37). In eiusdem libro de re publica (IX, p. 586 A.) similia verba inveniuntur atque in exordio Catilinae (1,1). Sed ea utrum imitatione expressa sint necne, recte Dolega in medio relinquendum putat (p. 19).

Denique Cortius Sallustium in prooemio Jugurthae scribendo epistulam Platonis quae dicitur septimam respexisse suo iure affirmavit (p. 418). Quod cum ibi legissem, illam epistulam perlustrans cognovi — id quod ne ipsum quidem Cortium vidisse miror — Sallustium non solum in Jugurthae verum etiam in Catilinae prooemio ingressum Platonis vestigia esse:

Plat epist. VII.	**Cat. 3, 3—4, 1.**
p. 324 B.—C.: „*Νέος ἐγώ ποτε ὢν πολλοῖς δὴ ταὐτὸν ἔπαθον· ᾠήθην εἰ θᾶττον ἐμαυτοῦ γενοίμην κύριος ἐπὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως εὐθὺς ἰέναι, καί μοι τύχαι τινὲς τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων τοιαίδε παρέπεσον.*“	„Ego adulescentulus initio sicuti plerique studio ad rem publicam latus sum,*) ibique mihi multa advorsa fuere.
p. 325 D: „*Οὐ γὰρ ἔτι ἐν τοῖς τῶν πατέρων ἤθεσι καὶ ἐπιτηδεύμασιν ἡ πόλις ἡμῶν διῳκεῖτο .. τά τε τῶν νόμων γράμματα καὶ ἔθη διεφθείρετο, καὶ ἐπεδίδου θαυμαστὸν ὅσον.*“	„Nam pro pudore, pro abstinentia, pro virtute audacia, largitio, avaritia vigebant.“ **)

*) cf. p. 325 A: „*εἷλκέ . . με . . ἡ περὶ τὸ πράττειν τὰ κοινὰ καὶ πολιτικὰ ἐπιθυμία.*“ cf. p. 326 A.

**) cf. Jug. 3, 1: „Neque virtuti honos datur.“

p. 325 A: „*Ἃ δὴ πάντα καθορῶν καὶ εἴ τιν' ἄλλα τοιαῦτα οὐ σμικρὰ ἐδυσχέρανά τε καὶ ἐμαυτὸν ἐπανήγαγον ἀπὸ τῶν τότε κακῶν*“	Quae tametsi animus aspernabatur insolens malarum artium,
p. 324 D: „*Ἐγὼ θαυμαστὸν οὐδὲν ἔπαθον ὑπὸ νεότητος*	tamen inter tanta vitia imbecilla aetas ambitione conrupta tenebatur. Ac me cum ab reliquorum malis moribus dissentirem, nihilo minus honoris cupido eadem qua ceteros fama atque invidia vexabat.
p. 325 D.—326A.: „ . . . *ὥστε με τὸ πρῶτον μεστὸν ὄντα ὁρμῆς ἐπὶ τὸ πράττειν τὰ κοινά, βλέποντα εἰς ταῦτα καὶ φερόμενα ὁρῶντα πάντῃ πάντως**) *ἰλιγγιᾶν καὶ τοῦ μὲν σκοπεῖν μὴ ἀποστῆναι, πῇ ποτε ἄμεινον ἂν γίγνοιτο περί τε αὐτὰ ταῦτα καὶ δὴ καὶ περὶ τὴν πᾶσαν πολιτείαν, τοῦ δὲ πράττειν αὖ περιμένειν ἀεὶ καιρούς, τελευτῶντα δὲ νοῆσαι περὶ πασῶν τῶν νῦν πόλεων, ὅτι κακῶς ξύμπασαι πολιτεύονται.*“	Igitur ubi animus ex multis miseriis atque periculis requievit et mihi reliquam aetatem a re publica procul habendam decrevi, e. q s.“**)
cf p. 325. C	**cf. Jug. 3,1.**
„*Ὅσῳ μᾶλλον διεσκόπουν* . . ., *τοσούτῳ χαλεπώτερον ἐφαίνετο ὀρθῶς εἶναί μοι τὰ πολιτικὰ διοικεῖν.*“	„Magistratus et imperia, postremo omnis cura rerum publicarum minume mihi hac tempestate cupiunda videntur.“

p. 331 C:	**Jug. 3, 2 – 3**	**p. 331 D:**
„*Πατέρα . . ἢ μητέρα οὐχ ὅσιον ἡγοῦμαι προσβιάζεσθαι,*	„Vi quidem regere patriam aut parentes***), quamquam et possis et delicta corrigas, tamen inportunum est, cum praesertim omnes rerum mutationes caedem fugam aliaque hostilia portendant.	„*Βίαν . . πατρίδι πολιτείας μεταβολῆς μὴ προσφέρειν,* *ὅταν ἄνευ φυγῶν καὶ σφαγῆς ἀνδρῶν μὴ δυνατὸν ᾖ γίγνεσθαι* . . . .
ἐάν .. τινα καθεστῶτα ζῶσι βίον αὐτοῖς ἀρέσκοντα ἐμοὶ δὲ μή,		*Ταὐτὸν δὴ καὶ περὶ πόλεως αὐτοῦ διανοούμενον χρὴ ζῆν τὸν ἔμφρονα, λέγειν μέν, εἰ μὴ καλῶς αὐτῷ φαίνοιτο πολιτεύεσθαι, εἰ μέλλοι*
μήτε ἀπεχθάνεσθαι μάτην νουθετοῦντα“	Frustra autem niti neque aliud se fatigando nisi odium quaerere extremae dementiae est “	*μήτε ματαίως ἐρεῖν μήτε ἀποθανεῖσθαι λέγων.*“

*) cf. Cat. 2, 3: „Neque aliud alio ferri neque mutari ac misceri omnia cerneres.“

**) cf. Jug. 4, 3: „Decrevi procul a re publica aetatem agere.“

***) Perperam Cortius et Kritzius verbo „parentes“ hanc notionem tribuerunt: „qui parent“ Nam, ut non dicam, quae Fabrius recte de ea re disseruit (Sall. ed. II, p. 163 et p. 19 ad Cat. 6, 5), ipsa haec Graeca verba „*πατέρα ἢ μητέρα*“, quid Sallustius significaverit, aperte docent.

p. 325. C.

„*Σκοποῦντι δή μοι..τοὺς ἀνθρώπους τοὺς πράττοντας τὰ πολιτικὰ καὶ τοὺς νόμους γε καὶ ἔθη, ἴσῳ . . . ., τοσούτῳ χαλεπώτερον ἐφαίνετο ὀρθῶς εἶναί μοι τὰ πολιτικὰ διοικεῖν.*“

Jug. 4, 4.

„Qui si reputaverint, ... quae genera hominum in senatum pervenerint, profecto existumabunt me magis merito quam ignavia iudicium animi mei mutavisse.“

Ibi igitur Sallustius prorsus ad eundem modum atque scriptor illius epistulae se iam adulescentulum studio capessendae rei publicae incensum fuisse tradit; similiter se in mores civitatis admodum depravatos incidisse et propter „imbecillitatem aetatis“ summis periculis obiectum esse conqueritur; similiter exponit, cum talibus temporibus „curam rerum publicarum minime cupiendam“ intellexisset, consilio sese destitisse; similiter se „dissensisse a reliquorum“ vitiis affirmat. Id eo magis memorabile videtur, quoniam, quae Sallustius hoc loco de moribus suis ipse dicit, cum iis, quae alii memoriae prodiderunt, non ab omni parte congruunt.

E **Xenophonte** Dolega recte haec attulit: Memor. II, 1, 30 cf. Cat. 13, 3 (Dol. p. 21). Cyr. Paed. III, 3, 45 cf. Jug. 107, 1 (Dol. p. 46) *). Sed fefellit eum hic locus:

Cyr. Paed. VIII, 7, 13–14.

„*Οὐ τόδε τὸ χρυσοῦν σκῆπτρον τὸ τὴν βασιλείαν διασῷζόν ἐστιν, ἀλλ' οἱ πιστοὶ φίλοι σκῆπτρον βασιλεῦσιν ἀληθέστατον καὶ ἀσφαλέστατον. Πιστοὺς δὲ μὴ νόμιζε φύσει φύεσθαι ἀνθρώπους . . . ἀλλὰ τοὺς πιστοὺς τίθεσθαι δεῖ ἕκαστον αὑτῷ· ἡ δὲ κτῆσις αὐτῶν ἐστιν οὐδαμῶς σὺν τῇ βίᾳ ἀλλὰ μᾶλλον σὺν τῇ εὐεργεσίᾳ. Εἰ οὖν καὶ ἄλλους τινὰς πειράσῃ συμφύλακας τῆς βασιλείας ποιεῖσθαι, μηδαμόθεν πρότερον ἄρχου ἢ ἀπὸ τοῦ ὁμόθεν γενομένου. Καὶ πολῖταί τοι ἄνθρωποι ἀλλοδαπῶν οἰκειότεροι καὶ σύσσιτοι ἀποσκήνων. Οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ σπέρματος φύντες καὶ ὑπὸ τῆς αὐτῆς μητρὸς τραφέντες καὶ ἐν τῇ αὐτῇ οἰκίᾳ αὐξηθέντες καὶ ὑπὸ τῶν αὐτῶν γονέων ἀγαπώμενοι καὶ τὴν αὐτὴν μητέρα καὶ τὸν αὐτὸν πατέρα προσαγορεύοντες, πῶς οὐ πάντων οὗτοι οἰκειότατοι;*

Jug. 10, 4–5 **).

„Non exercitus neque thesauri praesidia regni sunt, verum amici,

quos neque armis cogere neque auro parare queas: officio et fide pariuntur.

Quis autem amicior quam frater fratri?“

---

*) Muretus (var. lect. XIX, 21) hunc quoque Cyri Paediae locum (I, 4, 4). „*Ὅσα διαγωνίζονται πολλάκις ἥλικες πρὸς ἀλλήλους, (Κῦρος) οὐχ ἃ κρείττων ᾔδει ὤν, ταῦτα προὐκαλεῖτο τοὺς συνόντας, ἀλλ' ἅπερ εὖ ᾔδει ἑαυτὸν ἥττονα ὄντα, ἐξῆρχε φάσκων κάλλιον αὐτῶν ποιήσειν καὶ κατῆρχεν ἤδη ἀναπηδῶν ἐπὶ τοὺς ἵππους ἢ διατοξευσόμενος ἢ διακοντιούμενος ἀπὸ τῶν ἵππων οὔπω πάνυ ἔποχος ὤν, ἡττώμενος δὲ αὐτὸς ἐφ' ἑαυτῷ μάλιστα ἐγέλα. Ὡς δ' οὐκ ἀπεδίδρασκεν ἐκ τοῦ ἡττᾶσθαι εἰς τὸ μὴ ποιεῖν ὃ ἡττῷτο, ἀλλ' ἐκαλινδεῖτο ἐν τῷ πειρᾶσθαι αὖθις βέλτιον ποιεῖν, ταχὺ μὲν εἰς τὸ ἴσον ἀφίκετο τῇ ἱππικῇ τοῖς ἥλιξι, τάχα δὲ παρῄει διὰ τὸ ἐρᾶν τοῦ ἔργου.*“ Sallustium in describendis Pompei moribus imitatum esse dicit, cuius haec sunt in secundo libro Historiarum verba (fr. 11): „Cum alacribus saltu, cum velocibus cursu, cum validis vecte certabat.“ Sed de ea imitatione dubitari potest.

**) Quos locos iam Aldus Manutius contulit (vid. Cort. p. 449).

Theopompi (apud Athenaeum IV, 62) vestigia aperte ingressus Sallustius est in describendis Catilinae sociis (Cat. 14, 2—4)*).

Polybii exemplum hoc loco videtur secutus esse:

Polyb. XV, 32, 4.

„*Περὶ..τοὺς ὄχλους ἐγένετό τις ἅμα χαρὰ καὶ λύπη· τὰ μὲν γὰρ ἦσαν περιχαρεῖς ἐπὶ τῷ κεκομίσθαι τὸν παῖδα, τὰ δὲ πάλιν δυσηρέστουν τῷ μὴ συνειλῆφθαι τοὺς αἰτίους μηδὲ τυγχάνειν τῆς ἁρμοζούσης τιμωρίας.*“

Cat. 46, 2.

„Illum (Ciceronem) ingens cura atque laetitia simul occupavere: nam laetabatur intellegens coniuratione patefacta civitatem periculis ereptam esse, porro autem anxius erat dubitans in maxumo scelere tantis civibus deprehensis quid facto opus esset.“**)

Restat, ut de paucis **poetarum Graecorum** locis Sallustii similibus dicamus. Ac primum quidem Dolega a vero non aberraverit, qui Sallustio in prooemio Catilinae (2, 7) scribenti „Quae homines arant navigant aedificant, virtuti omnia parent“, Homerum (*Ψ*, 315—18) ob oculos versatum esse existimet (p. 18). Neque vero in imitationum numero habenda haec videntur: Cat. 10, 5: „. . . aliud clausum in pectore aliud in lingua promptum habere“ cf. Hom. *Ι*, 313: „*Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθῃ ἐνὶ φρεσὶν ἄλλο δὲ εἴπῃ*“ (Dol. p. 20). Cat. 54, 6: „Esse quam videri bonus malebat“ cf. Aeschyl. Sept. contr. Th. v. 589: *Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος ἀλλ' εἶναι θέλει.*“ Hist. ep. Pomp. § 1: „. . . . fame miserruma omnium morte confecistis“ cf. Hom. *μ*. 341—42:

„*Πάντες μὲν στυγεροὶ θάνατοι δειλοῖσι βροτοῖσιν,*
λιμῷ δ' οἴκτιστον θανέειν καὶ πότμον ἐπισπεῖν.“***).

Tales enim poetarum sententias facile in proverbii quasi consuetudinem venisse atque in ore omnium fuisse quis est, quin intellegat?

Omitto multa alia, quae Sallustium a scriptoribus Graecis mutuatum esse alii sine causa contenderunt, ut Cortius (Cat. 52, 17. Jug. 49, 3. 57, 5. 64, 5. 85, 31), Poppo, Finckhius in Fleckeisen. nov. annal. 1859. p. 864 (Cat. 12, 2. 58, 11). Dubitandum etiam de coniectura Freudenbergii videtur, qui in Jugurtha c. 38, 10 legendum putat: „Quae quamquam gravia et flagiti plena erant, tamen quia mortis metu „metiebantur,“ †) sicuti regi lubuerat, pax convenit“ ibique Sallustium haec verba Thucydidis (IV, 106,1) respexisse opinatur: „*Οἱ..πολλοὶ ἀκούσαντες ἀλλοιότεροι ἐγένοντο τὰς γνώμας . . . . καὶ τὸ κήρυγμα πρὸς τὸν φόβον δίκαιον εἶναι ἐλάμβανον.*“ Vid. Fleckeisen. nov. annal. 1870. p. 545—46.

---

*) vid. Doleg. p. 21. Ceterum similis verborum structura est in Cat. 37, 5: „Primum omnium, qui ubique probro . . praestabant, item alii . . . ., postremo omnes quos flagitium . . domo expulerat, ei Romam . . . confluxerant“. cf. Cat. 14, 2–3: „Quicumque . . . bona patria laceraverat, quique alienum aes . . . conflaverat . . . . ., praeterea omnes undique parricidae . . . . , ad hoc quos manus . . sanguine civili alebat, postremo omnes quos flagitium exagitabat, ei Catilinae familiares erant.“

**) Vid. Wiedemann. in Philolog. vol. XIX, p. 155.

***) Poppo (pars IV. p. 53) opinatus est, Sallustii verba translata esse ex Thuc. III, 59, 3: „*Εἰλόμεθα . . ἃ πρό γε τούτου τῷ αἰσχίστῳ ὀλέθρῳ λιμῷ τελευτῆσαι*“.

†) cf. Cat. 31, 2: „Suo quisque metu pericula metiri.“

Quaerentibus nobis, quam rationem Sallustius in legendis imitandisque Graecorum scriptoribus secutus sit, non alienum videtur omnes locos, quos supra commemoravimus, unum sub aspectum subicere:

Catilina.			Jugurtha.			Historiae.		
[cap. 1, 1	cf. Plat. d. r. pbl. IX vid. p. 18]					I, fr. 1 (Dietsch.)	cf. Thuc. I, 1, 1 vid	p. 5.
[„ 1, 1-2	„ Isocr. Paneg. § 48	„ p. 17.]						
[„ 1, 3-4	„ Thuc. ibid. § 76	„ p. 17.]				I. fr. 7	cf. Thuc. III, 82, 2	„ p. 8.
„ 2, 1	„ Thuc. I, 13, 1	„ p. 4.						
„ 2, 2	„ Thuc. ibid. § 5	„ p. 4.				I, fr. 10	„ Thuc. III, 82, 8	„ p. 3
„ 3, 2	„ Thuc. II, 35, 2-3	„ p. 6.						
[„ 3, 2	„ Isocr. Paneg. § 13	„ p. 17]				I, fr. 12	„ Thuc. I, 70, 5	„ p. 11.
„ 3, 3-4, 1	„ Plat. epist VII	„ p. 18-19.	cap. 3 „ 4, 3-4	cf Plat. epist. VII	vid. p. 19-20.			
[„ 4, 1-2	„ Thuc. V, 26, 4-5	„ p. 2.]						
„ 4, 3-4	„ Thuc. I, 1, 1 (cf. I. 21 extr.)	„ p. 4.						
„ 6, 5	„ Thuc II, 40, 4	„ p. 6.	„ 7, 5	„ Thuc. II, 40, 3	„ p 7.	I, fr 55	„ Dem d. cor. § 67	„ p. 16.
„ 7, 6	„ Isocr. Paneg. § 79	„ p. 16						
„ 8, 1-2	„ Thuc I, 21, 1	„ p. 4.						
[„ 8, 4	„ Thuc. II, 35, 1	„ p. 7.]						
[„ 9, 1	„ Thuc. II, 37, 3 (cf. Isocr. Paneg. § 78)	„ p. 6.]						
„ 9, 2	„ Isocr. Paneg. § 85	„ p. 17.						
„ 9, 2-3	„ Dem. Ol. III, § 26	„ p. 14.						
[„ 9, 4	„ Thuc. I, 2, 3. 3; 1	„ p. 5.]						
„ 9, 5	„ Isocr. Paneg § 80	„ p. 17.						
„ 10, 1	„ Thuc. II, 41, 2	„ p. 6.	„ 10, 4-5	„ Xen Cyr. VIII, 7, 13-14	„ p. 20.			
„ 10, 3-5	„ Thuc. III, 82, 5. 8. 9	„ p. 7.						
„ 12, 1	„ Thuc II, 40, 1	„ p. 6.						
„ 12, 3-13, 1	„ Dem. Ol. III, § 25	„ p. 14.				or Lepid. § 1	cf. Thuc. I, 68, 1	vid. p. 13.
„ 13, 3	„ Xen. Mem. II, 1, 30	„ p. 20.						
„ 14, 2-4	„ Theop Athen. IV, 62	„ p. 21.	[„ 17, 3	„ Isocr. Paneg. § 179	„ p. 17.]	[ibid. § 2	cf. Isocr. Paneg. § 111	„ p. 18.]

			c. 31, 17	cf. Thuc. II, 62, 4-5	vid. p. 10-11.	ibid. § 7	cf. Thuc. II, 63, 2	vid p. 14.
			„ 31, 22	„ Thuc. II, 61, 1		ibid. § 9-10	cf. Thuc. II, 61, 1	
			„ 32, 1	„ Thuc. II, 65, 1				
			„ 34, 1	„ Thuc. II, 65, 2				
						ibid. § 15	„ Dem. d. cor. § 97	„ p. 16.
						[ibid. § 21	„ Dem. Ol. II, § 20	„ p. 16.]
[cap. 37, 3	cf. Thuc. III, 84, 1	„ p. 3.	„ 41, 5 „ 42, 4	„ Thuc. III, 82, 8	„ p. 3-4.			
„ 38, 3-4	„ Thuc. III, 82, 8							
			„ 44, 5	„ Thuc. III. 81, 4	„ p. 4.	or. Phil. § 12	„ Dem. Phil. III, 33	„ p. 14-15.
						ibid. § 17-18	„ Dem Phil. III, 8-9	
„ 46, 2	„ Polyb. XV, 32, 4	„ p. 21.						
„ 51, 1	„ Thuc. III, 42, 1	„ p. 10.						
„ 51, 6-7	„ Thuc. III, 44, 1-3		„ 49, 2-3	„ Thuc. II, 89	„ p. 11.	[II, fr. 11	„ Xen. Cyr. I, 4, 4-5	„ p. 20.]
„ 51, 8	„ Thuc. III, 45, 3		„ 53, 8	„ Thuc. II, 62, 5	„ p. 11.			
„ 51, 28-34	„ Dem Ph. III, § 60-61	„ p. 15.	„ 60, 1-4	„ Thuc VII, 71, 2-4	„ p. 12.	or. Macr. § 13	„ Thuc. III, 82. 3	„ p. 4
„ 52, 2-3	„ Dem. Ol. III, 1	„ p. 14	„ 85, 12	„ Dem. Ol. III, § 15	„ p. 14.	ibid § 14	„ Dem Phil IV, 1	„ p. 16.
[„ 52, 6	„ Thuc. III, 39, 7	„ p. 10.	[„ 85, 15	„ Thuc. I, 84, 4	„ p. 10.]	ibid. § 19	„ Dem. Ol. III, 33	„ p. 14.
[„ 52, 11	„ Thuc. III, 40, 1		„ 85, 35	„ Isocr. Paneg § 80	„ p 18.	ibid. § 20	„ Dem Ol. III, 31	
„ 52, 11	„ Thuc. III, 82, 3	„ p. 4.	„ 85, 49	„ Plat. Menex. c. 20	„ p. 18.			
„ 52, 19-22	„ Dem. Phil. III, § 36-40	„ p. 16.	„ 101, 11	„ Thuc. VII, 75, 2-3	„ p. 13.	epist. Mithr § 1	cf. Thuc. I, 32, 1	„ p. 11.
[„ 52, 24	„ Thuc. III, 39, 2	„ p. 10]						
[„ 58, 1-2	„ Thuc. IV, 95, 1	„ p. 26.]	„ 107, 1	„ Xen Cyr. III, 3, 45	„ p. 20.	fr. inc. 8	„ Thuc. I, 4	„ p. 11.

Cum Sallustius in libris Thucydidis Demosthenis aliorum studiose volutatus esset, fieri non potuit, quin in componendis suis libris, quae ibi invenisset, nonnunquam reminisceretur atque in suum usum conferret. Ac saepe quidem haud dubie imprudens ille, quae memoria tenebat, in libros suos transtulit. Sed aliquotiens non solum conscius sibi fuit aliunde sese sententias mutuari et unde mutuaretur, verum etiam dedita opera eos locos, quibus simile argumentum ab aliis tractatum sciret, denuo inspexisse et effinxisse imitando videtur: velut in conscribenda oratione Caesaris (Cat. 51) ei Diodoti contionem, utpote quae et ipsa ad capitis poenam dissuadendam spectaret, ante oculos obversatam esse iam supra demonstravimus (p. 10). Quod ut credamus, etiam facilius adducimur considerantes Platonis illam quae dicitur epistulam. Apparet enim in Catilinae prooemio (Cat. 3, 3—4, 1) non modo singulas sententias dispersas et diffusas ex ea Sallustio succurrisse sed aptas inter se et conexas atque omnino magnam partem illius epistulae (p. 324 B—326 A) imitatione expressam ab eo esse (et ad verbum quidem haec: „Ἐγὼ νέος ποτὲ ὢν e. q. s“ cf. „Ego adulescentulus e. q. s.“). In Jugurthae prooemio autem huic simillimo Sallustius, cum ad eandem epistulam redisset, inde non modo easdem sententias quas in Catilina deprompsit, sed etiam aliam partem eiusdem epistulae aliquanto posteriorem (p. 331 B—D) respexit (et hoc quoque loco verbum de verbo convertit: „Πατέρα ἢ μητέρα προσβιάζεσθαι“ cf. „Vi regere parentes“ et „Ἀπεχθάνεσθαι μάτην νουθετοῦντα“ cf. „Frustra niti neque aliud se fatigando nisi odium quaerere“). Itaque nisi forte Sallustius magnam partem illius epistulae haud ita brevis ad verbum memoriae mandaverat, facere non possumus, quin eam in componendis illis prooemiis, quoniam ibi aptissima videretur, denuo ab eo perlectam esse existimemus. Eadem fere ratione egregiam illam Thucydidis descriptionem civilium dissensionum Graecarum et in Catilina (c. 37—38) et in Jugurtha (c. 41—42) ita imitatus est, ut complures deinceps sententias simillimis verbis exprimeret. Atque in Jugurtha quidem non solum easdem sententias quas in Catilina verum etiam alias insuper ad verbum transtulit („Παντὶ τρόπῳ ἀγωνιζόμενοι ἀλλήλων περιγενέσθαι καὶ τὰς τιμωρίας ἔτι μείζους οὐ μέχρι τοῦ δικαίου προστιθέντες“ et „τὰ μέσα τῶν πολιτῶν“ cf. „res publica quae media fuerat“). Quid, quod Sallustius exemplaris sui adeo memor fuit, ut etiam post duo capita (Jug. c. 44), cum iam non de discordiis Romanorum sed de exercitu Sp. Albini loqueretur, Thucydidem sequeretur atque ea verba, quibus ne in ipsa quidem illa descriptione usus erat, ab eo sumeret (Thuc. III, 81, 5: „Πᾶσά τε ἰδέα κατέστη θανάτου καὶ . . . οὐδὲν ὅτι οὐ ξυνέβη καὶ ἔτι περαιτέρω“ cf. Jug. 44, 5: „Quaecumque dici aut fingi queunt ignaviae luxuriaeque probra in illo exercitu cuncta fuere et alia amplius.“) Item de aliis quoque Sallustii locis iudicandum puto, ubi complures deinceps sententiarum similitudines inveniuntur (Cat. 52, 1. Jug. 10, 4—5. alibi). *)

Videamus nunc, quosnam potissimum scriptores Sallustius imitandos sibi delegerit. Ac Thucydidios quidem locos percensentibus nobis, si eos omittimus, ubi Thucydides de se ipse operisque sui ratione dicit (in prooemio et V, 26), iam apparebit omnes ex orationibus petitos esse praeter duos. Sed etiam ibi utrobique Thucydides, cum altero loco (III, 81 – 84) de corruptela morum Graecorum exponeret, altero (VII, 71 cf. 75) pugnam acerrimam depingeret, a simplici dictione recessit verbisque suis aliquid splendoris arcessivit. Ex aliis vero scriptoribus nonne imprimis Demosthenes et Isocrates animo eius obversati sunt? Apud Xenophontem autem illi loci, quos supra attulimus, praeter unum (Cyr. Paed. I, 4) omnes in orationibus inveniuntur. Quid, quod Theopompus, cuius exemplum eundem secutum esse vidimus, prorsus oratorio dicendi genere usus est.*) Patet igitur Sallustium, cum omnino id ageret, ut sermonem suum ornaret, **) imprimis in oratores Graecorum vel orationes, quas aliorum libris insertas sciret, incubuisse exiisque multa in usum suum contulisse. Idem iam Dolega perspexit uberiusque explanavit. Addere possumus Sallustium studio rhetorice dicendi adeo ductum esse, ut ea, quae in orationibus Graecorum legerat, non modo in orationes suas transferret sed etiam narrationi saepius admisceret.

*) Dolega de ea re sic statuit (p. 22—23): „Ex iis, quos attulimus, locis coicere fere cogimur, Sallustium sententiosos locos ex scriptoribus, quos legerat, excerpsisse librisque suis immiscuisse. Simili enim modo iam Ateio Philologo mandaverat, ut sibi excerpta ex historia Romana componeret (Suet. gramm. 10). Ut nostris quoque temporibus in scholis discipuli dicta collectanea ex scriptoribus lectis congerunt eaque in scriptis, quae componunt, adhibere student, atque ut eos praecipue scriptores excerpunt, qui maxime cuiusque ingenio sunt accommodati, eosque locos memoriae mandant, quibus maxime commoventur, ita etiam Sallustius adulescens oratores Graecos . . . . excerpsisse videtur.“

Jam singulos Sallustii libros comparantes videmus plurima eum in Catilinam, quippe quem primum componeret, ex aliis scriptoribus transtulisse et maxime quidem in prooemium (e Thucyd. Plat. Isocr. Dem. Xenoph. Theop. Cat.). Itaque a vero non aberrare nobis videmur, si eum scribendi initium facientem nimio studio ornandi libri sui impulsum esse existimamus, ut tam multa, quae apud alios scriptores invenerat, ei insereret. In Jugurtha aliquanto pauciores locos ad Graecorum exemplum conformatos reperimus. Hoc facile inde intellegitur, quod Sallustius tam amplum prooemium, quale Catilinae praeposuerat, in quo imprimis multa eum ab aliis mutuatum esse vidimus, in hunc librum non admisit. De Historiarum autem orationibus — nam de his solis, quoniam cetera maximam partem interciderunt, existimare possumus — Dolega sic statuit (p. 39): „Magis magisque Sallustius sibi persuasit genus dicendi orationum Thucydidis, aequabiliter commodeque ingredientium oratoribus suis ingenio violentis non esse aptum ideoque ad Demosthenem Thucydide vehementiorem se applicavit quocum orationes Historiarum vehementissimae summam habent similitudinem“. Confer p. 38, 40 et 43: „. . . sententia mea confirmatur Sallustium in orationibus et epistulis Historiarum pressius Thucydidis genus dicendi sequi desiise atque ad exornandam orationem potius sententias singulas ex Demosthene hausisse“. Id non probandum videtur. Nam Sallustium ibi Thucydidem imitari nequaquam desiisse cum ex epistula Mithridatis tum ex oratione Lepidi supra cognovimus (p. 11 et 13 – 14). Sed pauciora eum ab illo quam a Demosthene sumpsisse apparet nobis orationes Philippi et Macri perlustrantibus. Ibi autem Sallustius, ut Demosthenis vestigia ingrederetur, rerum similitudine adductus est idque non modo in Historiis sed etiam in Catilina fecit ***).

Restat, ut Sallustium maxime exordia orationum ex aliis scriptoribus transtulisse moneam. Idem iam Dolega vidit. Neque vero dixerim equidem Sallustio id „optimum visum esse“ (Dol. p. 32), sed potius per se ipsum evenisse et plane esse consentaneum, quoniam natura fert, ut maxime exordia earum rerum, quas legimus vel audivimus, memoriae nostrae infixa haereant. Cuius rei Dolega haec exempla attulit: Cat. 51, 1 cf. Thuc. III, 42, 1. Cat. 52, 2 – 3 cf. Dem. Ol. III, § 1. Epist. Mithr. § 1 cf. Thuc. I, 32, 1. Or. Macr. § 14 cf. Dem Phil. IV, 1 (sed ibi Sallustius Graecae orationis exordium in media sua oratione posuit). Quibus adde: or Lepid. § 1 cf. Thuc. I, 68, 1 (p. 13). Praeterea confer:

*) Quint. X, 1, 74. Cic. d. or. II, 13., 57. III, 9, 36 Brut. 17, 66. vid. Doleg. p. 22.

**) Confer, quae supra diximus p. 6.

***) Vide imprimis orationem Catonis Cat. 52, § 2—3 et 19—22. (p. 14 et 16).

Thuc IV, 95, 1. *„Ὦ Ἀθηναῖοι, δι' ὀλίγου μὲν ἡ παραίνεσις γίγνεται, τὸ ἴσον δὲ πρός γε τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας δύναται* *καὶ ὑπόμνησιν μᾶλλον ἔχει ἢ ἐπικέλευσιν."*	**Cat. 58, 1–3.** „Compertum ego habeo, milites, verba virtutem non addere, neque ex ignavo strenuum neque fortem ex timido exercitum oratione imperatoris fieri. . . . . . Sed ego vos, quo pauca monerem, advocavi". *)
Cato. or. in Ser. Galbam. **) „Multa me dehortata sunt huc prodire."	**Jug. 31, 1.** „Multa me dehortantur a vobis, Quirites."
Cato or pro Rhod. ***) „Scio" e. q. s. **Cato. d. re milit** †) „Scio ego" e. q. s. **Cato d. consul. suo.** ††) „Scio ego atque iam pridem cognovi atque intellexi" e. q. s. **Cato. ad lit cens.** †††) „Scio" e. q. s.	**Jug. 85, 1.** „Scio ego" e. q. s.
Cic. p Sulla. § 1 „Maxime vellem, iudices, ut . . . . Sed quoniam ita tulit casus infestus" e. q s.	**or. Philipp. (Hist. lib. I) § 1.** †*) „Maxume vellem, patres conscripti, ... Sed contra" e. q. s.

Iam breviter, quae supra disseruimus, complectentibus nobis hanc fere summam esse apparet:

I: Sallustius imprimis e Thucydide multa in libros suos transtulit (praecipue e lib. I–III †**) et maxime quidem ex orationibus eius vel ex iis locis, qui oratorie ornati essent.

*) Sed de hac imitatione dubitari potest, quoniam in talibus militum cohortationibus illae sententiae contritae sunt.

**) ed. Jordan. p 27. Hunc locum a Sallustio imitando effictum esse iam Gerlachius intellexit.

***) ed. Jordan. p. 21.

†) ed. Jordan. p 80.

††) ed. Jordan. p. 33 Idem verbum „scio" ibi restituit et hoc orationis exordium imitatione expressum a Sallustio esse monuit.

†††) ed. Jordan. p. 51.

†*) vid. Linker. in actis acad. Vindobon. vol. XIII. p. 277.

†**) vid. Dol. p. 22.

II: Inter alios Graecorum scriptores praeter ceteros oratores imitatus est ex iisque imprimis Demosthenem (maxime in Historiis) et Isocratem.

III: Etiam e ceteris scriptoribus vel eos delegit, qui oratorio dicendi genere usi essent (ut Theopompum), vel orationes potissimum respexit.

IV: Cum ornate scribere studeret, quae ex orationibus Graecorum mutuabatur, non modo in orationibus adhibuit sed ubivis libris suis inseruit.

V: Aliquotiens exordia orationum aliunde petivit.

VI: Imprimis in prooemium Catilinae, quippe quod primum componeret, multa e Graecorum libris congessit

VII: In Jugurtha magis quam in Catilina et in Historiis imitatione Graecorum abstinuit.

VIII: Et in Catilinae et in Jugurthae prooemiis de sua ipsius vita et moribus mentionem faciens plane epistulam Platonis quae dicitur septimam imitando effinxit.

De **tertia parte,** quam Dolega inscripsit „Quatenus Sallustius in structura verborum Graecos scriptores imitatus sit, quaeritur", cum ea, quae mihi proposueram, disserere hoc loco non liceat, paucissimis verbis, quae maxime commemoranda videntur, iam absolvam.

Recte Dolega ad Graecorum exemplum conformatum dicit (p. 58) Jug. 34, 1: „Quae ira fieri amat".
(vid. Quint. IX. 3. 17), ac dubito, an recte dixerit haec verba translata esse e Thuc. II, 65, 2 (vid. supra p. 11).
Neque vero mihi probatur, quod Sallustium ibidem etiam Thuc. III, 81, 4 respexisse contendit (p. 45 et 58). Facilius enim adducor, ut opiner hunc locum a Sallustio expressum esse in Jugurtha c. 41, 3: „Ea, quae res secundae amant", cum ibidem totam illam descriptionem discordiarum civilium (Thuc. III. 81–84) animo eius obversatam esse supra cognoverimus (p. 3–4). Certe non praetereundum silentio videtur illud genus dicendi apud Sallustium non inveniri nisi duobus illis locis (vid. Dietsch. ad Hist. fr inc. 111), ubi Sallustium illorum verborum Thucydidis (II, 65, 2: *„Ὅπερ φιλεῖ ὅμιλος ποιεῖν."* et III. 81, 4: *„Οἷον φιλεῖ ἐν τῷ τοιούτῳ γίγνεσθαι"*) recordatum esse ex aliis quoque indiciis apparet. — Praeterea recte Dolega affirmat Sallustium in Jug. 73, 5 verba „In maius celebrare" ad Thucydidis exemplum I, 21, 1: *„Καὶ τὸ μεῖζον κοσμοῦντες"* conformasse. Haec enim structura, quae cum consuetudine Latini sermonis discrepat atque ante Sallustium nusquam exstare videtur, ab ipso Thucydide frequentata est; vide: I, 10, 4. 21, 1. VI, 31, 7. 83, 3. cf. Sall. Hist III, fr. 60. II, fr. 70. Insolentia autem dictionis in eo cernitur, quod brevitatis studio duo dicendi genera in unum contracta sunt. Patet enim „in maius" non e propria verbi „celebrare" potestate pendere sed ex „augendi" notione, quae inest in hac locutione. Aperte id ex iis exemplis intellegitur, ubi illa augendi notio verbis expressa est, ut Thuc. VIII, 74, 2 (cf. Tac. annal. XV, 30, 1) VIII, 24, 4. VII. 50. 3. Insigne illius brevitatis exemplum est Thuc. II, 37, 1: *„Ὄνομα . . . . διὰ τὸ μὴ ἐς ὀλίγους ἀλλ' ἐς πλείονας οἰκεῖν δημοκρατία κέκληται"*, quod ita intellegendum est: res publica sic administratur, ut non ad paucos omnia commoda referantur sed omnium utilitatibus inserviatur. Simile est Sall. Hist I, fr. 45: „Etruria omnis cum Lepido suspecta in tumultum erat", quod Kritzius recte hoc modo explicavit: „Etruria suspecta erat proclivis esse ad tumultum excitandum." Ceterum Sallustius hac dicendi insolentia in Historiis aliquanto saepius quam in Catilina et Jugurtha videtur usus esse (cf. Woelfflin. Philolog. vol. XXV, p 102, 103, 105, 106). — Dubitationem habet, quod Dolega Sallustii verba (Cat. 52, 24) „Coniuravere . . patriam incendere" pendere ait a Thucydidis exemplo (III, 39, 2) *„Ἐζήτησαν . . ἡμᾶς . . διαφθεῖραι"* (Doleg p. 53 cf. supra p. 10). — Non magis mihi probatur, quod verba „privatas opes facere" (or. Lepid. § 26) confert cum Thucydidis verbis *τὴν κτῆσιν τῶν χρημάτων ποιεῖσθαι"* (I, 8, 2. 13, 1 Dol. p. 51). — Denique

Thuc IV, 95, 1.

„Ὦ Ἀθηναῖοι, δι' ὀλίγου μὲν ἡ παραίνεσις γίγνεται, τὸ ἴσον δὲ πρός γε τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας δύναται

καὶ ὑπόμνησιν μᾶλλον ἔχει ἢ ἐπικέλευσιν."

Cat. 58, 1-3.

„Compertum ego habeo, milites, verba virtutem non addere, neque ex ignavo strenuum neque fortem ex timido exercitum oratione imperatoris fieri. . . . . .
Sed ego vos, quo pauca monerem, advocavi". *)

Cato. or. in Ser. Galbam. **)

„Multa me dehortata sunt huc prodire."

Jug. 31, 1.

„Multa me dehortantur a vobis, Quirites."

Cato or pro Rhod. *)**

„Scio" e. q. s.

Cato. d. re milit †)

„Scio ego" e. q. s.

Cato d. consul. suo. ††)

„Scio ego atque iam pridem cognovi atque intellexi" e. q. s.

Cato. ad lit cens. †††)

„Scio" e. q. s.

Jug. 85, 1.

„Scio ego" e. q. s.

Cic. p Sulla. § 1.

„Maxime vellem, iudices, ut . . . .
Sed quoniam ita tulit casus infestus" e. q. s.

or. Philipp. (Hist. lib. I) § 1. †*)

„Maxume vellem, patres conscripti, . . .
. . . Sed contra" e. q. s.

Iam breviter, quae supra disseruimus, complectentibus nobis hanc fere summam esse apparet:

I: Sallustius imprimis e Thucydide multa in libros suos transtulit (praecipue e lib. I—III †**) et maxime quidem ex orationibus eius vel ex iis locis, qui oratorie ornati essent.

*) Sed de hac imitatione dubitari potest, quoniam in talibus militum cohortationibus illae sententiae contritae sunt.

**) ed. Jordan. p 27. Hunc locum a Sallustio imitando effictum esse iam Gerlachius intellexit.

***) ed. Jordan. p. 21.

†) ed. Jordan. p 80.

††) ed. Jordan. p. 33 Idem verbum „scio" ibi restituit et hoc orationis exordium imitatione expressum a Sallustio esse monuit.

†††) ed. Jordan. p. 51.

†*) vid. Linker. in actis acad. Vindobon. vol. XIII. p. 277.

†**) vid. Dol. p. 22.

II: Inter alios Graecorum scriptores praeter ceteros oratores imitatus est ex iisque imprimis Demosthenem (maxime in Historiis) et Isocratem.

III: Etiam e ceteris scriptoribus vel eos delegit, qui oratorio dicendi genere usi essent (ut Theopompum), vel orationes potissimum respexit.

IV: Cum ornate scribere studeret, quae ex orationibus Graecorum mutuabatur, non modo in orationibus adhibuit sed ubivis libris suis inseruit.

V: Aliquotiens exordia orationum aliunde petivit.

VI: Imprimis in prooemium Catilinae, quippe quod primum componeret, multa e Graecorum libris congessit

VII: In Jugurtha magis quam in Catilina et in Historiis imitatione Graecorum abstinuit.

VIII: Et in Catilinae et in Jugurthae prooemiis de sua ipsius vita et moribus mentionem faciens plane epistulam Platonis quae dicitur septimam imitando effinxit.

De **tertia parte,** quam Dolega inscripsit „Quatenus Sallustius in structura verborum Graecos scriptores imitatus sit, quaeritur", cum ea, quae mihi proposueram, disserere hoc loco non liceat, paucissimis verbis, quae maxime commemoranda videntur, iam absolvam.

Recte Dolega ad Graecorum exemplum conformatum dicit (p. 58) Jug. 34, 1: „Quae ira fieri amat". (vid. Quint. IX, 3. 17), ac dubito, an recte dixerit haec verba translata esse e Thuc. II, 65, 2 (vid. supra p. 11). Neque vero mihi probatur, quod Sallustium ibidem etiam Thuc. III, 81, 4 respexisse contendit (p. 45 et 58). Facilius enim adducor, ut opiner hunc locum a Sallustio expressum esse in Jugurtha c. 41, 3: „Ea, quae res secundae amant", cum ibidem totam illam descriptionem discordiarum civilium (Thuc. III. 81—84) animo eius obversatam esse supra cognoverimus (p. 3—4). Certe non praetereundum silentio videtur illud genus dicendi apud Sallustium non inveniri nisi duobus illis locis (vid. Dietsch. ad Hist. fr inc. 111), ubi Sallustium illorum verborum Thucydidis (II, 65, 2: „Ὅπερ φιλεῖ ὅμιλος ποιεῖν." et III. 81, 4: „Οἷον φιλεῖ ἐν τῷ τοιούτῳ γίγνεσθαι") recordatum esse ex aliis quoque indiciis apparet. — Praeterea recte Dolega affirmat Sallustium in Jug. 73, 5 verba „In maius celebrare" ad Thucydidis exemplum I, 21, 1: „Ἐπὶ τὸ μεῖζον κοσμοῦντες" conformasse. Haec enim structura, quae cum consuetudine Latini sermonis discrepat atque ante Sallustium nusquam exstare videtur, ab ipso Thucydide frequentata est; vide: I, 10, 4. 21, 1. VI, 31, 7. 83, 3. cf. Sall. Hist III, fr. 60. II, fr. 70. Insolentia autem dictionis in eo cernitur, quod brevitatis studio duo dicendi genera in unum contracta sunt. Patet enim „in maius" non e propria verbi „celebrare" potestate pendere sed ex „augendi" notione, quae inest in hac locutione. Aperte id ex iis exemplis intellegitur, ubi illa augendi notio verbis expressa est. ut Thuc. VIII, 74, 2 (cf. Tac. annal. XV, 30, 1) VIII, 24, 4. VII. 50. 3. Insigne illius brevitatis exemplum est Thuc. II, 37, 1: „Ὄνομα . . . . διὰ τὸ μὴ ἐς ὀλίγους ἀλλ' ἐς πλείονας οἰκεῖν δημοκρατία κέκληται", quod ita intellegendum est: res publica sic administratur, ut non ad paucos omnia commoda referantur sed omnium utilitatibus inserviatur. Simile est Sall. Hist I, fr. 45: „Etruria omnis cum Lepido suspecta in tumultum erat", quod Kritzius recte hoc modo explicavit: „Etruria suspecta erat proclivis esse ad tumultum excitandum." Ceterum Sallustius hac dicendi insolentia in Historiis aliquanto saepius quam in Catilina et Jugurtha videtur usus esse (cf. Woelfflin.. Philolog. vol. XXV, p 102, 103, 105, 106). — Dubitationem habet, quod Dolega Sallustii verba (Cat. 52, 24) „Coniuravere . . patriam incendere" pendere ait a Thucydidis exemplo (III, 39, 2) „Ἐζήτησαν . . ἡμᾶς . . διαφθεῖραι" (Doleg p. 53 cf. supra p. 10). — Non magis mihi probatur, quod verba „privatas opes facere" (or. Lepid. § 26) confert cum Thucydidis verbis τὴν κτῆσιν τῶν χρημάτων ποιεῖσθαι" (I, 8, 2. 13, 1 Dol. p. 51). — Denique

perperam locutiones. „pugnam facere“ (Jug. 56, 4) et „bellum facere“ (Cat. 26, 5) putat translatas esse e Graecorum dictione „μάχην et πόλεμον ποιεῖσθαι.“ (Dol. p. 55). Nam verba „bellum facere“ non idem valent atque „πόλεμον ποιεῖσθαι (bellum gerere)“ sed hoc significant: „efficere, ut bellum oriatur“ vel „belli auctorem esse“, quam notionem Graeci simillimis verbis „πόλεμον ποιεῖν“ comprehenderunt. — Alia imitationis exempla Dolega non attulit. Omisit „proelium in manibus facere“ (Jug. 57, 4 vid. Fabr. l. l. et Krueger. ad Thuc. IV, 43, 2), „plebi militia volenti putabatur“ (Jug. 84, 3 vid. Kritz. l. l. p. 439—41 et Haas ad Reisig. § 428), alia.

Corrigenda.

p. 4, v. 6—7 lege: Thuc. III, 81, 4.
p. 7, v. 28. „ Thuc. II, 40, 3.
ibid., v. 30. „ Thuc. II, 37, 1.

VITA.

Natus ego sum Gotthilfius Ernestus Alfredus Mollmann Regimonti Boruss. anno MDCCCL a. d. XVII K. Octbr. patre Guilielmo, matre Bertha, quam adhuc vivam colo. Quae, postquam ipsa primis litterarum elementis egregie me imbuit, puerum nonum aetatis annum agentem Collegio Fridericiano tradidit. Unde octo annis et sex mensibus post a rectore Wagnero, viro humanissimo, cum testimonio maturitatis dimissus medicinae studiis me dedere in animo habebam. Itaque mense Octobri anni MDCCCLXVII a professore illustri Werthero, qui tunc erat prorector magnificus, civis academiae Albertinae factus atque albo medicorum inscriptus scholis interfui professorum illustrium Moseri, Muelleri, Wertheri. Sed paulo post semestri spatio nondum exacto, cum consilium meum mutavissem, ad philologiae studia me conferre constitui. Qua de causa in album facultatis philosophicae transcriptus per quinquennium scholas audivi professorum illustrium Friedlaenderi, Jordani, Lehrsii, Nitzschii, Schadeii, Ueberwegii, Voigtii seminariique philologici per tres fere annos sodalis fui moderantibus studia professoribus illustribus Friedlaendero et Jordano. Deinde, ubi sex fere menses privatis studiis operam impendi, mense Martio anni MDCCCLXXIII in seminarium paedogogicum a viro illustri Schradero receptus per biennium exercitationibus eius interfui simulque artem pueros educandi exercui in gymnasio Kneiphoviensi, ubi etiam nunc praeceptoris munere fungor. Examen pro facultate docendi absolvi mense Maio anni MDCCCLXXIV.